ythology Photography Fiction Fishi
Christianity Art Cooking Essays
ddhism Freemasonry Medicine Biol
Music Ancient Egypt Evolution
Carpentry Physics Dance Geology
Mathematics Fitness Shakespeare
Logic Marketing Economics
Immortality Biographies Poetry
Psychology Witchcraft Electronics
Chemistry History Law Accounting
ilosophy Anthropology Alchemy Dra
Quantum Mechanics Atheism Sexu
onal Health Ancient History Crimi
Paleontology Neighborhood Islam
Metaphysics Investment Archaeology

Forgotten Books

www.forgottenbooks.com

Copyright © 2016 FB &c Ltd.
All rights reserved. No part of this publication may be reproduced, distributed, or transmitted in any form or by any means, including photocopying, recording, or other electronic or mechanical methods, without the prior written permission of the publisher, except in the case of brief quotations embodied in critical reviews and certain other noncommercial uses permitted by copyright law.

ALFONSI FERRI

ARTIVM ET MEDI

cinæ Doct. de ligni sancti multipli-
ci medicina, & uini exhibitio-
ne, liber primus.

Præfatio.

Lignum sanctum siue Indicum.

LIgnum illud quod uul gò sanctum, aliàs In-
dicum appellatur, ab insulis affertur in inte-
riori oceano ætate no-
stra repertis, unde eti-
am morbus ille qui Gallicus dicitur, ad
nos manauit, antea nostris terris inco-
gnitus. In illis autẽ regionibus is mor-
bus natiuus est, ac præter cõtagionem
per se nascitur frequentissimè, cum a-
pud nos ex sola uideatur fieri contagi-
one. In eo morbo gentes illæ præsen-
tissimo remedio utuntur huius ligni,
omnesq; curantur hac unica medici-
na. Eam rem nostri qui illic uersantur,
animaduertẽtes, & ipsi eo remedio usi
sunt, quicunq; in morbũ gallicum in-
ciderunt, & inde in patriam reuerten-
tes, afferre ad nos cœperunt lignum ip-
sum, eaq; medicina oppressos gallico

Morbus gallicus unde manarit.

morbo curare. Quod ubi bene atque cũ salute successit, breui ac facile id remedium per omnes nostras regiones receptum est, habitumq; pro optimo & præsentissimo in morbi gallici curatione. Quoniam uero in insulis unde lignum affertur, non in hoc solo morbo adhibent ipsius ligni medicinã, sed in alijs quamplurimis morbis ac fere in uniuersis: illarum gentiũ exemplo nostri homines edocti, ad multos alios morbos curandos eiusdem ligni remedio uti cœperunt. Itaq; hæc eadem medicina ligni sancti tam in morbo gallico, quàm in plerisq; similibus morbis, atque etiam diuersis, probatissima iam apud nos est, & in frequentissimo usu. Nos uero pro communi hominum salute, ac pro nostro officio, ad hanc tam nobilem salutaremq; medicinam adhibentes omne studium nostrum omnemq; diligentiam, animaduertimus & ex consideranda rei ratione, & ex frequenti ac uaria exercitatione & usu curationis atque successu, medicinã ipsam in uarijs morbis præparari & uul

Vsus ligni sancti multiplex

gò exhiberi ſine ulla medendi ratione, nulla habita uel morborum uel ægro-tantium cõſideratione, ſed promiſcuè ac ſine ullo diſcrimine cuiuis morbo & cuicunq; ægroto medicinam ipſam eodem modo confici & adminiſtrari. Quæ res in perniciem cedat ſæpius ne ceſſe eſt miſerorũ ægrotãtium, dum id quod alicui ſaluti fuit, cæteris qui uel diuerſo morbo uel diuerſa diſpoſitione affecti ſunt, cauſa fit non auferendi morbi, ſed augendi. Itaque nos curauimus ut ab hoc prauo uſu medicina tã utilis & neceſſaria ad medendi artem & rectam curationẽ reuocaretur. De hoc enim ligno ſancto tractauimus, & cognoſcendo, & eligendo, & præparando, & exhibendo, & quemadmodum, quibuſq; morbis adminiſtretur, quibuſque complexionibus, ætatibus, tẽporibus, regionibus, inueteratis aut recentibus morbis, ac de multiplici uaria q; confectione & adminiſtratione huius medicinæ. Atq; ut res tota eſſet promptior & manifeſtior, materiam omnẽ digeſſimus in partes diſtinctas,

eas̄q; partes titulis adnotauimus singulis atque per capita exposuimus.

De præparatione & administratione ligni sancti, quod nõ eadem semper, sed diuersa debet fieri diuersis morbis & diuersis dispositionibus. Cap. I.

QVod nos maximè mouit ad huius operis confectionem, id fuit quod uidimus hanc medicinã à b omnibus eodem modo præparari, & administrari, tam diuersis morbis, q̃; diuersis dispositionibus: quod ualde miratí sumus obseruari à medicis uniuersis. Cum ea res tota sit maximè contraria rationi, ut ligni sancti medicina eodem modo confecta & exhibita, quæ est eadem causa & idem agens, putetur posse curare diuersos morbos, & contrarios qualitatibus, item diuersas & contrarias cõplexiones, uel dispositiones corporum ab intrinseco & extrinseco: ut ætatis, noui uel ueteris morbi, regionum & temporum anni, & similium. quę curationes corporũ in diuersis & contrarijs qualitatibus & dispositionibus, sunt diuersi & contra-

rij

nſi effectus ab ipſa medicina ligni ſancti. Et quomodo hæc fieri ab omnibus credita ſunt, quæ fieri non poſſunt ulla ratione. Nam ut Ariſtoteles præcipit lib. 2. de generatione & corrupt. idem & ſimiliter habens ſe, ſemper idem innatũ eſt facere. Et ibi Auerroës: Idem non facit contraria. Autore etiam Ariſtotele qui ait: contrariorũ contrariæ ſunt cauſæ. Intentiones enim & operationes eiuſdẽ agentis neceſſe eſt ut ſint conformes potentijs & uirtutibus ipſius agentis: nec poſſunt eſſe propterea diuerſæ intentiones in medicina ligni ſancti, ſi illi non accedant diuerſæ uirtutes per diuerſas illius preparationes & adminiſtrationes. Quod ex Auerroë accepimus, qui ait tertio de anima: Quũ duæ intentiones ſunt diuerſæ, neceſſe eſt ut uirtutes ſint diuerſæ. Quamobrem nõ poteſt medicina ipſa eodem modo diſpoſita producere diuerſos curationis effectus. Nam ut Auerroés teſtatur ſecundo metheororũ, diuerſi effectus fiunt propter diuerſitatẽ ſubiecti in diſpoſitione. Ac propterea omni- cap. 2.

no neceſſe eſt ad diuerſos curãdi effe-
ctus producẽdos diuerſam fieri diſpo-
ſitionem ipſius ligni ſancti per præpa-
rationes diuerſas. Ex Ariſtotelis etiam
doctrina ſecũdo Phyſicorũ, qui ait, ea
dem cauſa per ſe eſt duorum contrari
orum, ſed duabus diſpoſitionibus di-
uerſis. Et octauo Phyſicorũ, nullum
agens, inquit, in eadẽ diſpoſitione pro
ducere poteſt effectus cõtrarios. Et ibi
Auerroës inſuper dicit, quod cũ pro-
portio illius quod habet potentiã agen
di duo contraria, fuerit eadẽ ad contra
ria, neutrum efficiet illorum. Falſo igi
tur ligni ſancti medicina eodem mo-
do præparata ualere credita eſt, ad ſa-
nandos diuerſos morbos, uel eundem
etiam morbum in corporibus diuerſo
modo affectis & diſpoſitis. Et ne à me-
dicis diſcedere uidear, non ſolum logi-
ci, inquit Galenus, ſed etiam methodi
ci euidenter intelligũt, unam omnibus
naturis medicinã neceſſario non con-
uenire. Et quia nõ curamus hominem
in cõmuni & indifferenter, ſed ut ua-
ria ac diuerſa diſpoſitione affectus eſt
homo

De ſanita te tuenda.

homo uel intrinſeca, ut diximus, uel extrinſeca. Quapropter ut hæc maximè ſalutaris medicina, quæ in potentia eſt ad curandas diuerſas diſpoſitiones & morbos diuerſos, ad actum uerè deducatur: et ut diuerſi effectus curationis & diuerſæ operationes ex eadem medicina producãtur, ut neceſſe eſt à cauſis diuerſis: oportet ut eidem ipſi medicinæ tribuamus diuerſas differentias, per diuerſas illius pręparationes. Quare unum pharmacũ omnibus nequaquam cõuenire poteſt, ſed oportet medium eſſe, inquit Galenus de compoſitione medicamentorum, ceu ad mediam temperaturã aptatum, ducere uero ad utramque eius medij extremitatem, dum quotidiano uſu & experientia probatur. Si ut res poſtulat confectum ſit, in eo manere conſilium eſt: ſi paulũ deficiet augere ipſius uires, quẽadmodum etiam adimere cum præter modum efficax ſit,

libro. 2. cap. 1.

Quod ſit lignum ſanctum. CAP. II.

OBſeruatum eſt ab excellentibus medicis ut in ratione ſimplicis

In ratione simplicis quot requirãtur.

cuiusque quinq; requirantur: Quid sit, quale sit eligendum, cuius naturæ sit, quæ illius proprietas & operationes, quę permutatio in medicina. Hũc nos morem sequemur in explicanda ligni sancti ratione. Ac primũ ostendemus, quid illud sit, id est quod lignũ sit hoc, quod dicimus sanctũ. Et nonnulli quidem putant non fuisse ignotũ antiquis medicis hoc lignũ. Ipsum enim alij dicũt esse id quod ab Auic. karõ appellatur, alij uero idem quod hestedeen: plerique opinãtur non aliud esse, q; Ebenũ. Hi autem, qui Ebenum credunt, argumento utuntur probabiliori multo q; ceteri, ac insuper Aristotelis autoritate qui tradit quarto metheor. omne lignũ natare in aqua, nec sidere, præter Ebenum. Hoc autem lignum sanctum nõ aliter quàm Ebenus sidit ac minimè natat, quapropter creditum est idem esse quod Ebenus aut certè Ebeni species hactenus incognita, præsertim cũ eandem opem uideatur afferre lignũ sanctum quam Ebenus in membris excrementorum. Nam & calculos frangit

Ebenus nõ supernatat.

gít & uentris inflationẽ díſſoluit. Qui lignum ſanctum eſſe karon putant, illud afferũt, quòd hoc lígnum medetur morbis iuncturarũ, quod ait Auicẽna karon efficere. Eodemq́ fere argumẽto utuntur de ligno heſtedeen. Sed aliud omnino eſt hoc lignum ſanctum, q̃ uel Karon uel heſtedeen. Nam karon, ut Auicẽna præcipit, confert morbis iuncturarum factis à cauſa primitiua, ut fracturis, diſtortionibus, ac luxationibus, quibus conferre par eſt extra appoſitum. At lignum ſanctum conſtat medicinam eſſe antidotariam contagioſis moi bis, intus exhibitam, nec non q̃ plurimis uarijsq́ morbis multiplici remedio ſubuenire, ac propterea longè aliud eſt lignũ ſanctum, q̃ karõ. Sed ab his lignis, & à cęteris omnibus quæ in aqua nõ ſidunt, palàm eſt lignũ ſanctum natura maximè differre, cum illa natent, hoc ſidat. Ab Ebeno uerò lignum ſanctum longè etiam differre affirmamus, quamuis illi grauitate ſimile ſit. Nã Ebenus qui non fluitat niger eſt, ut manifeſtũ eſt ſenſu. Sed ligni

Lignũ ſanctum antidotus eſt morbis cõplicatis.

Lignũ ſanctũ nõ eſſe Ebenũ.

ſancti color nequaquã eſt niger. Duri-
tie quoq; differt ab ebeno lignum ſan-
ctum: non enim ita maceratur lignum
ſanctum in aqua cæteris paribus, quẽ-
admodum ebenus. Cum tradat Auic.
ex ebeno collyriũ fieri. Præter hęc ebe
Ebenus ig nus ſi iuxta ponatur, ignẽ ſtatim corri
nẽ ſtatim pit, quod minimè cõtingit in ligno ſan
contrahit cto. Demũ nec tantum odorem nec ta
lem omnino reddit lignum ſanctum, ſi
cõburatur, quantus & qualis redditur
ab ebeno. Quamobrem prorſus aliud
eſt, q; niger ebenus lignum ſanctum.
Aut fortaſſe ſpecies quędam eſt ebeni
non ante cognita noſtris regionibus.
Atq; ab omnibus lignis longè differt,
quæ hactenus medici cognouerũt: nã
à nouo orbe noua hęc ad nos uenit ex-
imia medicina. Nec eſt mẽtitus Ariſt.
qui ſolum ebenũ è lignis tradiderit, in
aqua non natare, id enim de lignis ue-
riſſimum eſt, quæ noſſe potuit Ariſto
teles: hoc autem lignum uſque ad no-
ſtram ætatem fuit incognitum.

Quale ſit eligendum lignum ſanctum Cap. III.

Ex

EX nouis insulis plures ferre cognouimus lignũ sanctum, atq; propterea uidendum est ubi optimũ producatur. Nam & ex insula affertur, cui nomẽ inditũ est sancti Ioannis, et ex insula sancti Dominici, & ex insula sanctæ Crucis. Hæ autẽ insulæ ad meridiem omnes positæ sunt, alia tamen alia australior est, distantq; non parũ inter se singularũ paralleli: ut à geographiæ peritis illuc nauigãtibus cognitum ac traditum est. Itaque insula sancti Ioannis habet Borealis poli altitudinẽ, distatq; illius parallelus à circulo equinoctiali gradibus uiginti cũ dimidio. Insula sanctæ Crucis gradibus ferè decem & octo. Insula sancti Dominici gradibus tredecim. Ab hac insula sancti Dominici primũ allatum ad nos lignũ sanctum est, eoque aliquandiu medici usi sunt. Postea ab insula sanctæ Crucis & sancti Ioannis afferri cœpit. Animaduersumq; est optimũ esse quod insula mittit sancti Ioãnis, idq; multo utilius esse, q̃ id quod nascitur in insula sancti Dominici, hoc em̃ aridius est, magisq;

Martino Dẽsio autore

sumentium corpora exiccat, illud uerò sancti Ioannis humectat corpora in calidis morbis, humidumq; radicale conseruat, quod experimento patet in asmaticis in phthisicis, & hecticis. Id uerò à ratione alienũ non est, ut temperatius sit lignum ex insula sancti Ioãnis, siccius uerò & aridius est in insula sancti Dominici. Nã quæ orbis regiones subiacent æquinoctiali, aut non longè distant, nimio solis caloꝛe inflammantur, Quoniam cum præcipua caloris causa sit in terra reflexus radiorum solis calefaciens infimam aëris regionem, ubi solis radij ex meridiano circulo uel recti uel paruũ obliqui terram feriunt, necesse est uehementem fieri reflexum aeremq; infimum maximè feruere. At in æquinoctiali circulo recti à meridiano terram feriunt radij solis. Quamobrẽ insula diui Dominici uehementiore solis ardore peruritur, q; insula diu. Ioannis, quæ octo ferè gradibus minus quàm illa distat ab æquinoctiali. Itaq; in insula sancti Dominici excoquitur, euaporatque in ligno sancto

cto ex nimio æstu succus ille salutaris, fitq; lignum aridũ nimis & torridum: contrà insula sancti Ioãnis cum minori afficitur ui caloris, tũ uero refrigeratur scatentibus undiq; aquis: nam fontes habet quãplurimos, fluminibusq; rigatur uberrimis: quo fit ut sit regio illa temperatissima stirpesq; ferat & ex moderato aëris calore, & ex terræ humiditate omnis generis prestantissima in ꝓpria natura. Quare manifestũ est lignum sanctum optimũ & saluberrimum ex insula sancti Ioannis cõporta ri. Dicendũ est deinceps quale sit per se lignũ sanctum eligendũ. Ac primũ ex arboris ętate media uim habet firmiorem. Tenera enim ætas cuiusq; uegetabilis tenuẽ suscipit leuemq; uegetationem, senectus uerò prope corruptionem est, ut Auerroës ait secundo de generatione & secundo metheororũ: uirtusque propterea in senectute minuitur. Quapropter media ætate arboris optimum est lignum sanctum. Et ex arboris autem partibus nec tenues surculi eligendi sunt, nec rursus

Ligni sancti electio.

rami admodum crassi & robusti, aut etiam trũcus, sed rami optimi sunt media crassitudine. Quãuis putent aliqui meliores esse radices, alŋ truncos qui sint radicibus proximiores. Sed nos id uerum esse putamus, præsertim de radice, in regionibus ubi lignum nascitur, quod ibi recens exciso succus maior est radici quàm ramis. Vbi uero iam aruit, citius radices quàm rami exiccantur. Quãuis uero lignum hoc sit materia quamdẽsissima, ac diu absit à corruptione, tamẽ eo melius omnino est, quo est recẽtius, maioremq; habet succum atque uigorem. Nam semper amittit necessario lignũ ipsum aliquid ex suo humore, quicum exiguus illi sit propter siccam ipsius cõplexionem, breui arescit, demptoque succo, in quo est uirtus ipsius naturalis, amittit propriam naturam, atque euanescit, remanetq; pars terrea tanquam exanima, quamobrẽ recentissimũ est optimum, præsertim in calidis morbis & siccis, nõdum exhalato humore ac succo illo unde operatur. Eligatur igitur lignum

sanctum

ſanctum ex inſula ſancti Ioānis, ex ar bore medię ętatis, ramo mediocri; tum ſic & recētiſſimū, ac ſi fieri poteſt, annū non excedat, graui pondere, cortice hę renti, colore fuſcum & flauum.

Cuius naturæ & complexionis ſit lignum ſanctum. Cap. IIII.

TEmperatiſſimū quidem eſſe natura lignum ſanctū, apparet ex maxima ipſius uirtute atque operationibus, dū ea medicina ingentes & quàm plurimi morbi curantur ſine læſione uexationeue languentium. quin magnum ſumentibus præſtat alimētum præter cætera ſimplicia, quorū uſus eſt medendis corporibus humanis. Quāobrem licet tantos & tam uarios effectus producat magis ex uirtute intrinſeca & ex forma ſubſtantiali, quàm ex qualitatibus, tamen ex primis etiā qualitatib. ipſum operari neceſſe eſt. Quibus conſtat, ut diximus, eſſe maximè temperatū, atq; ex omnibus quatuor qualitatibus operari, quoniā & ægrotos ſanat, & morbos curat calidos, frigidos, humidos & ſiccos. Nec obſtat,

quod Aristoteles præcipit 2.de genera tione ,contrariorũ contrarias esse cau- sas.Et Auer.primo de generatione,cõ trarium non accipere suum contrari- um.Neq; enim simpliciter & absolutè diuersos & cõtrarios qualitatibus mor bos & ægrotos curat lignũ, ut imperi tè hactenus creditũ est. Sed uariè ac di uerse ꝑparatũ & alteratũ: intẽsum ma iori portione ligni infusi:remissum ma iori aquæ infusione. Quo pacto cõtra ria possunt cõtingere in eodẽ subiecto, alterũ uidelicet in intenso , alterum in remisso , autore Auerroë 4. metheor.

Cap.3. Ligni sanctimoniæ ꝑies.

Temperatissimę autem naturæ hoc li gnum esse licet cognoscere ex Auerro is doctrina quinta colliget , aliorumq; autorum simplicium qualitates inda- gantiũ per primas operationes , secun das & tertias. Primæ uero operationes sunt calefacere,frigefacere,siccare ,hu- mectare. Secũdę sunt quę ex primis ꝓ- ueniũt:ut à calido et humido molle red di,à frigido & sicco durum fieri. Terti as uirtutes dicimus,quę fiunt in ꝓprio ac determinato subiecto,ut ꝓuocare u-

rinam

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

ſanctū. Licet difficile credat eſſe Auer rois, medicinā inueniri in cunctis operationibus temperatam. Sed id nos ita ſe habere & experimentis intellexi. mus, atq; ita nos iure affirmamus atq; præcipimus. Ariſt. enim tradit. 2. poſteriorum, ex ſenſu memoriā fieri, ex memoria experiētiam, ex experientia artem conſtare. Quanq; uero temperata natura eſt, & cōplexio ligni ſancti, tamen eſſe prædominium ei neceſſe eſt, quemadmodū ſimplicibus cūctis unius qualitatis & cōplexionis. Itaq; conſtat apud omnes calidū & ſiccum eſſe hoc lignū: ſed non admodū liquet cunctis, quo gradu caliditatis: nam putant plerique ob maximas illius operationes ad tertiū caliditatis gradū pertingere. Nos uero affirmamus ad ſecundū tantum gradum aſcendere caliditatis, nec hanc metā caloris excedere illius naturam: idq; probamus ex medicinæ ratione in hunc modum. Quicquid manifeſtè operatur, nèq; inde nocumētum aliquod contingit in corpore, eſt in ſecundo gradu propriæ cōplexionis, lignum

Qualis ſit cōplexio ligni.

gnum ſanctũ manifeſtè operatur, nec tamen inde nocumentum aliquod cor pori contingit: ergo lignum ſanctum eſt in ſecundo gradu proprię complexionis. Maior aſſumptio confirmatur Gal. autoritate quinto de ſimplici medicina, qui ait: Quæ ſunt in ſecũdo gradu complexionis, hęc fieri poteſt ut calefaciant uel refrigerent, aut humectent, aut exiccent ſine corporis læſione aut moleſtia. quod idẽ teſtatur Auicenna, fen. 2. 1. canonis doctrina. 2. Gradus, inquit, ſecundus eſt, ut ſit inde operatio fortior quàm primi, non tamen ut operationes corporis impediat, aut mutet earum curſum naturalẽ, niſi id fiat per accidẽs, ut ſi ſępius agat, aut multum ſit quod agit. Notandũ autem eſt id quod dicit multum, quoniã in ligni ſancti medicina, ſi magna ſit portio ligni, & aquæ parua, neceſſe eſt uigorẽ intendi propriæ caliditatis, contrà aũt, remitti. Minor uero aſſumptio frequẽti ac manifeſta confirmatur experientia, dũ tantas uidemus ac tam uarias illius operationes in corporibus meden

Cap. ult.

Cap. 15.

dis ſine ullo nocumento aut ulla per-
turbatione. Nam ſi tertium caliditatis
gradum hoc lignum attingeret, ægro-
tis tam diu ipſum ſumẽtibus febres om
nino induceret, aut inflãmationes, ali
asq; affectiones noxias ex ui caloris.
Quin apud eas gentes unde hoc lignũ
affertur, infantes (ut uulgò accepimus)
corpore naſcuntur plurimis puſtulis
corrupto, paucosq; poſt dies ab ortu,
corpus omne inficit à uertice ad pedes:
quamprimũ uerò decoctione ſumpta
radicũ ligni ſancti, mundari corpuſcu-
la, atq; abſolutè ſanari paucis diebus.
Et radices tamẽ uehemẽtiores ſunt reli
qua arbore. Infantiũ uero tenera corpo
ra ſunt et lęſioni magis obnoxia. Inter
ris quoq; noſtris, ut diximus, & opera
tiones magis uidemus manifeſtiſſimas
ligni ſancti, & nulla nocumenta. Ex
quibus omnibus planè cõſtat lignum
ſanctũ calidum & ſiccũ eſſe in ſecundo
gradu, non ultrà, & eſſe in uniuerſum
cõplexionis, & naturæ tẽperatiſſimæ.

De proprietate ligni ſancti, & ope-rationibus. Cap. V.

Pro-

PRopriam esse naturam ligni sancti, atq; cõplexionem diximus calidam & siccam: uerũ præclaræ huius medicinæ ingens est, ac multiplex uirtus & operatio, nec unius tantũ complexionis ægrotis ac morbis medetur, sed in omni operatur cõplexione, modo ritè præparetur, morbosq; atque ægrotos curat diuersos qualitatibus & dispositionibus. Nã præter uim intrinsecam suæ naturæ, ac formæ substantialis, ex qualitatibus etiã operatur, non tantum calida & sicca, sed humida quoque, atq; ubi opus est, etiã frigida. Itaq; & calefacit, & exiccat, & humectat, & refrigerat. Neq; id est à ratione alienũ, ut idem operetur diuersa & contraria, si modo diuerse dispositum operetur, ex Aristotelis, Auerroisq; doctrina, ut superius demonstrauimus. Galenusq; ostendit primo de simplici medicina, uirtutes esse diuersas in aliquo simplici coniunctas. Atque in una eadémque medicina uim inueniri quæ calefaciat, uim quę exiccet, uim quę humectet, & uim quæ refrigeret, Quod idem con-

Ligni sancti uarius & multiplex usus in medicinis.

tingit in ligno sancto. Ipsum enim omnia hæc aptum natum est operari, si recte præparetur, & exhibeatur pro ea qualitate, secundum quam est operaturum, ex portione uidelicet ligni, & aquæ infusionis ex quantitate medicinæ, & ex numero potionum. Itaque ligni sancti operationes magnæ sunt atq; salutares, uariæ item atq; multiplices, & ex intrinseca uirtute substãtiali, & ex omnibus quatuor primis qualitatibus: q; plurimosq; atq; diuersos curat morbos, ægrotosq; dispositionibus diuersis, si rite preparetur & exhibeatur, ut ordine inferius explicabitur.

Quæ permutatio sit medicinæ ligni sancti. Cap. VI.

PErmutatio medicinæ ligni sancti fit præcipue in morbo gallico, ut curetur unguento argenti uiui. Quod tamen fieri debet in ueteri morbo, atq; in corpore male affecto & disposito. Neq; tamen ad unctiones ueniendum est priusquam ex medicina ligni sancti bis terue sumpta, cognitum fuerit ægrotum non conualescere. Nam hæc ligni

ligni medicina propria est ad morbū gallicum curandum, ac præter cæteras maximè salutaris, nullæq; remanēt ex ea corporum offensiones. Quod minimè fit ex argenti uiui aut cinapri medicina, ex qua offensiones corpori remanent lęsionesq; perpetuæ, ut nos ex longa experiētia cognouimus, & propria disputatione demōstrabimus, de cinapro & argento uiuo. Minimè uero quispiam proficeret si his non intellectis die noctuq; in horum correctione ac præparatione laboraret. Nam argentum uiuum omnino inficit ac læ *Argēti ui*
dit principalia membra, atque etiam *ui nocumē*
cætera, ossaq; & neruos corrumpit, *ta.*
nodosq; inducit ossibus & iuncturis.
Et nos quidem diu laborauimus in argenti uiui correctione usque ad ingeniosam illius distillationem, & tamen nullam illius inuenimus correctionē, unde corrigi omnino non posse censemus. Qnamobrē ligni sancti medicina in morbo gallico non aliter cum argenti uiui unguento permutāda est, q; ubi ea bis terue usmpta, non conualuit

æger & ex morbo uetusto. At tunc demum ueniat ad unctionis medicinam. De qua enim nihil attinet nos hoc opere tractare, quod de ligno sancto institutum est, præsertim cum abundè alij scripserint de ipsa unctione. Atq; hactenus de medicina ligni sancti cõmunia quædã, ut plericq; uterũ consueuere, tradidimus. Post hæc de uaria, diuersaq; ipsius præparatione & exhibitione in uarijs diuersisq; & dispositionibus & morbis, propria præcepta, ut sumus polliciti, trademus sigillatim. Ac prius cõmunia quædam & uniuersalia preponemus in curatione obseruãda. Nã ex Aristotelis præcepto primo physic. ab uniuersalibus ad particularia ꝓcedere oportet, ut eodẽ loco testatur Auer. & secũdo de anima. Quoniam cõmune atq; uniuersale magis notum est, q̃ particulare ac propriũ, atq; propterea considerandã cuiusuis rei ratione, proprijs debent cõmunia prepponi, ut eodem loco Auerroës precipit. Nam quæ magis nota sunt nobis, ea sunt communia; quæ minus nota, sunt

propria

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books' Full Membership gives access to 797,885 ancient and modern, fiction and non-fiction books.

Continue

*Fair usage policy applies

ligni ſancti maximè omnium ſimilis ſit ſucco uitali corporis noſtri, atque in eius naturã conuertitur, inſigneq; præ bet corpori nutrimẽtum ſupra omnes cibos & potus: hanc enim ex ligno po tionẽ cum exiguo alio cibo tandiu ſu. mentes ægroti, ita nutriuntur ac ſi ex quauis alia materia, cibo ueſcerentur multo maiore. Nec minus nutrit potio hæc, q; ius pulli conſumpti. Quamob rem nil mirum eſt, ſi tantum ualeat me dicina hæc ad ſanandos hominũ mor. bos, quando tanta illi ſimilitudo eſt cũ ſubſtantia corporis humani, ac præte. rea uim habet ſalutarẽ. Omnium em̃ natura eſt operatrix, ut tertio Tegni tradit Gal. Itaq; tã mira operatur hæc potio, quoniam dum ſumitur, ut dixi mus, continuò ac maximè inducit uir tutẽ ſucci uitalis in corpore, illumq; mi rificè auget ac roborat, tum ex propria ui ſuæ naturæ, ſimilitudineq; ſuæ ſub. ſtantiæ corporis humani, arcet expel. litq; ab ipſo corpore omne aduerſum & officiẽs atq; extraneũ. Atq; ita & ra tione ſui ipſius iuuantis & nocẽtis ex. traneĩ

tranei ſemoti, ueheimenter operatur in morbis tollẽdis, Purgat emm̃ ſanguinẽ, & efficiẽtes materias reſoluit, atque ita totius corporis membra cõualeſcunt: imbutaenim mẽbra ſtipticis pharmacijs uim ſalubrẽ, tranſmittunt per omne corpus. 3. Teg. Galeno prẽcipiente.

Quod alĩ morbi, quemadmodum gallicus, curẽtur ligno ſancto. Cap. VIII.

NOn ſolũ gallicus morbus curaẽ ligni ſancti medicina, ut initio aput nos fuit illius uſus, ſed hecticę ſalutaris eſt & podagræ, & epilepſiæ, atq; alĩjs morbis quamplurimis. Nam licet effectus diuerſi differant, uel propter agens, uel ꝓpter ſuſcipiens, ut ait Auerrois 2. metheororũ: ac propterea uideatur non poſſe eadem medicina curare morbos diuerſos, aliter tamẽ ſe res habet, quoniam eadem medicina uarijs modis atque diuerſe præparata & confecta, diuerſas accipit diſpoſitiones, ac diuerſe afficit, nec idem fit agens, ſed multiplex & uarium, ut ſuperius eſt latius demonſtratum. Quapropter ua-

Quos curet morbos ligni ſancti medicina.

cap. 2.

rios parit diuersosq; effectus in morbis curandis. Sed & gallico morbo sæpe cõtingit iunctos esse, quos diximus morbos, aliosq; cõplures, atque dum adhibita est ea medicina propter morbum gallicum, reddita salus absoluta est ægrotis, sublato tam gallico morbo, quàm quouis alio adiũcto. Quod si tanta uis est huius medicinæ, ut quẽlibet morbum, non minus quàm gallicum auferat, multò facilius curare potest singulos ipsos morbos per se solos sine gallico morbo. Ex dialectica illa ratione, si de quo magis, etiam de quo minus, ut Arist. tradit. 2. Top. Cum enim alijs morbis est morbus gallicus admixtus, uehementius malũ est, curatuq; difficilius, quod additur illis noxius humor contagionis. Valde autẽ difficilis cura est omnis morbi, qui ex cõtagione cõtingit, raroq; tollitur ope medicinę, ut tertio colliget tradit Auer. Quod uerò de hectica diximus curãda, non est de omni specie ipsius morbi intelligẽdũ, ut pprio capite inferius exponemus. Omnino autẽ id in om

ni

ni morbo curando seruandum est, ut quum aliis medicinis minimè sanantur morbi, confugiatur ad ligni sancti medicinã. Sed iam ea exponere aggrediar, quæ seruanda sunt in curatione, quæ per hanc medicinam perficitur.

De loco eligendo, in quo curãdus est æger. Cap. IX.

QVoniam expellendus à corpore est noxius humor, materiaque morbi resoluenda, laxentur opus est, apertioresq; fiant meatus corporis, qui pori appellantur, ut inde effluat morbus. Quamobrẽ calido loco æger cõtinendus est dum curatur, ne frigus humores denset, operationemq; impediat naturæ ac medicinæ. Stringit enim frigus, porosq; corporis fiunt angustiores. Itaque uel natura calidus sit locus curationis, uel arte cubiculum calefiat, in quo æger curatur. Modus tamen seruandus est in loci caliditate, pro cuiusq; morbi ratione. Nã in frigidis morbis, & in multo humore noxio, calidiore opus est habitatione: in calido uero morbo & in exiguo humore, minus

Frigus humores dẽsat.

calidus locus est necessarius. Itaq; pro ratione & morbi & ægroti sedes aut magis aut minus calida adhibeatur.

De tempore anni eligendo. Cap. X.

APtissimum tempus est uer administrādæ huic medicinæ ligni sancti: deinde autumnus, ob mediā temperiem inter calorē & frigus. Aestas minus utilis est, atque in calidis morbis & cōplexionibus etiam perniciosa, ob nimiā resolutionem, quæ tunc facile potest cōtingere. Hyems quoque uitanda est in morbis & complexionibus frigidis: magis enim afficiuntur corpora atque lædūtur à simili qualitate, quàm à contraria. Si autē uis morbi atq; necessitas urgeat, sæuiente etiam hyeme, ita calefieri locus potest, ut temperies in eo sentiatur medij ueris.

De cibatione, & quare cibus exiguus prębendus est in hac cura tione. Cap. XI.

QVm decoctio cibi sit perfectio humoris generati propter actionem caloris naturalis in idoneā materiā, ut Auer. tradit. 4. metheor, cumq; decoctio

decoctio ligni sancti non facile conco quatur, si cum illa plenior cibus sume- retur, non posset naturalis calor utrũ- que superare, atq; hoc pacto cõcoctio impediretᷣ. Quapropter modicus est sumendus cibus ut optimè cõcoquatᷣ.

Cui pane uescendũ est bis cocto potius quàm alterius modi. Cap. XII.

BIs cocto potius, q̃ alio pane uescẽ- dum est, cum decoctione ligni san cti, quod is panis est maximè siccus, ut sua siccitate diu retineat ligni decocti- onem in stomacho. Sicci enim propri um est retinere. Itaque ne ligni deco- ctio sumpta citò effluat à stomacho, crudaq; atque inanis uenas permeet, siccitate retinenda est panis bis cocti. Nam cum portio illa ligni humidum quid sit, citò ad epar deflueret, atque il- li admisceretur. Humidũ em̃ ait Arist. quarto meth. facilè terminari, diffici leq; siccum. Mixtio autem & coniun- ctio, ut eodem libro tradit Auer. fit ne cessariò propter humidũ, diuisio & se- paratio propter siccum. Vt igitur diu permaneat potio ligni in stomacho, Cap. 1.

concoquatur & iuxta omnes cõcoctio
nes, atq; ita subueniat corpori, & mor-
bo medeatur, dum absolutè concocta
fuerit ac iam concreta, cohibẽda est &
glutinanda cibo unà sumpto & siccissi
mo, hoc est, pane bis cocto. Nam ut tra
dit Auer. 4. metheor. siccitas facit hu-
midum accipere cõcretionem & diffi-
cultatẽ separationis. Præterea is panis
leuissimus est, ut præcipit Celsus. 1. li-
bro de medicina capite sexto. Qua-
propter eo cibo stomachus minus gra
uatur. Nec etiam ita oppilat bis coctus
panis, ut cõmunis. Parum uerò refert,
si tardius penetrat panis bis coctus: nã
ca re non multum superatur à reliquo
pane. Sit tamen in suo genere is panis
perfectus, quinque illis qualitatibus,
quas tradit Auic. 2. canone, capite pro-
prio: hoc est, ut sit mundus, salitus, con
fectus, fermẽtatus, bene coctus. Fiat au
tem ex simila, potiusq; ex farina cõmu
ni, quoniam is utilior est, & magis nu-
trit, ut codẽ loco præcipit Auic. Neq;
tamen adeò refert, si pro bis cocto præ
beatur panis communis, qui bene co-

ctus

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

& totidē panis, tam in prādio, q̄ in cœ na, aut si uel ægroti uel morbi ratio exi git, & panis & carnis unciæ quatuor. Tutius uerò à carne incipiet̄ pulli non coientis, usq̄ ad statū curationis, dein- ceps cæteræ, quas diximus, carnes pro arbitrio præberi possunt. Si aūt necessi tas interuenerit, præbendū est, uel con. tusum gallinę seu caponis, uel ius pulli cōsumpti ab initio ad finē curationis,

Quod uarianda dięta est ratione uel morbi, uel ægroti. Cap. XIIII.

NOn eadem semper dięta seruāda est in curatione ligni sancti, sed uarianda nonnunquā est, & pro uarie tate dispositionum, & pręcipuè ac ma.ximè pro uarietate complexionum & ætatū. Pro uaria enim ægroti dispo si. tione, ut infirmitatis ratio postularit, alia erit dięta initio curationis, alia in incremento, alia in statu, alia in decli. natione. Aliquando etiam dięta serue. tur regularis, aliquando resumptiua, ut qualitati morbi cōueniet, & ægroti. Varię em̄ cōplexiones & ætates, uaria etiā diæta curandæ sunt. Sāguinei ue.

rò

rò & cholerici q̃uis ex parte conueni-
ant, facilius tamen tolerant inediã san
guinei quàm cholerici, cęteris paribus:
tum quia sanguineus minus inflãma-
tur, propter caloris temperiẽ, tum quia
humor in eo tardius resoluitur, prop-
ter humidã cõplexionem. Phlegmati
cis quoq; quanuis ex parte conueniat
cum melancholicis, facilius tamẽ pro-
pter maximã humiditatem fert inedi-
am phlegmaticus, q̃ melãcholicus, qui
siccus est. Propter frigiditatẽ uerò phle-
gmaticus hac re superat sanguineum.
Itaq; cholericus minimè omniũ est pa
tiens inediæ, ob feruorẽ & siccitatem.
Quare uaria esse dięta debet uariarum
complexionũ. Idemq; obseruandum
est in uarijs ætatibus. Firma enim ætas
minus cruciatur inedia, q̃ iuuentus, cæ
teris paribus. iuuenes minus q̃ pueri.
Omnino autẽ in die purgationis, car-
ne cibandus est æger, propter lassitudi
nem quam efficit inanitio, illud tamen
curetur, ne cruditas contingat. Si uerò
stomachus imbecillior fuerit, contuso
gallinæ subleuetur, tam in prãdio, q̃ in

cœna. Caro aũt uel elixa ſit, uel aſſa ſuper prunas, nullo q̃ inficiatur ſalſamẽto, aut quouis condimento. Salis uero aut nihil, aut perparũ adhibeaẽ, ne hebetẽ aut corrũpatur uis atq̃ operatio decoctionis ligni ſancti. Neq̃ em̃ faſtidiũ ſtomacho timẽdũ eſt, aut nauſea. Ipſa em̃ decoctio ſua uirtute ſtomachum roborat, adiuuatq̃ ad cõcoquendum.

Quod æger purgandus eſt in curatione ligni ſancti, & quoties. Cap. XV.

Qui curatur ligno ſancto purgandus eſt omni octauo die uel ſaltem in duodecima.

IN unoquoq̃ morbo, qui curatur ligno ſancto, æger purgãdus eſt octaua quoq̃ die, uel ſexta, ſi multitudo apparet humoris noxĳ. Si aũt noxius humor exiguus eſt, ſat erit duodecima fieri purgationẽ. Itaque peritus medicus in hac re conſiderabit qualitatem morbi & ægroti, & maximè humoris noxĳ quantitatem. Hæc enim ligni decoctio digerit corporis humores, trahitq̃ illos ab extremis partibus ad mediũ, uarĳs modis iuxta uarias materias multo perfectius, quàm reliquæ medicinę. Tenues autem humores per ſudorem eĳcit; craſſos ad decoctionem facit aptiores

tiores

tiores. Itaque ſæpius æger purgandus eſt, Sed omnino initio curationis. Intra curationem uero, quo die purgatio fit, non ſumat ægrotus ſyrupum ex ligno ſancto, nec mane nec ueſperi. In ipſa uerò purgatione, & operatione medicinæ ſi fuerit acer dolor, & pũgens in ſtomacho uel inteſtinis. Item ſi remiſſius medicina operabitur, aderitq; hebetatio: tunc præbendum eſt ius pulli ſeu gallinæ ſine ſale, atq; cum ſaccaro, aliáque adhibenda ſunt adiumenta, quibus utitur medicina. Idẽ nihil officit curationi ligni ſancti.

A quibus abſtinendus eſt ægrotus, in curatione, & quæ ſeruanda. Cap. XVI.

A coitu abſtineat quiè purgatur.

ACoitu omnino abſtineat ægrotus tempore curationis. Si quis uero in Venerem pronior fuerit, ungantur illius renes cerato aliquo frigefaciente, ut libido prohibeatur, & polluciones. Sed & peracta curatione abſtineat prorſus à Venere, ſaltem per triginta dies. curas etiam omnes ab ſe fuget qui curatur, atque animi mo-

moleſtias,& perturbationes. Hæc eñ ut Gal.ait.3. Tegni,malè afficiunt corpora,mutantq; ab ea, quæ ſecundū naturam eſt, conſiſtentia. Is igitur,cui facultas eſt, detineaſ, exhilaretur q; amicorum iucundis ſermonibus,factis dictis q; ridiculis, muſicæ dulcedine, rebus q; alijs,quę illū uoluptate afficiant, atq; ab omni moleſtia q; longiſſimè abſit. Si aūt aufugerit ſomnus ab ægroto, nimium q; illū uigilia uexarit, periculoſum eſt malū, atq; illi maturè ſuccurrendū. Nam quemadmodū ſomnus eſt uinculum quoddā uirtutū corporis & confirmatio, ſic uigilia, quæ ſomni priuatio eſt,eneruat uires ipſas, atq; diſſoluit,ut Auer.de ſomno & uigilia,&.2. colliget,oſtendit. Itaq; ſomnus,puocandus eſt,uel ſyrupo papaueris,uel alio adiumēto. Vt aūt tutius æger cureſ, uſq; ad incrementū curationis ſemper decūbat. In ſtatu uerò et declinatione,poſt matutinū ſudorē ſurgere poteſt, reliquū q; diei ducere pro illius arbitrio: ita tamen ut nec frigus ſentiat,nec laſſitudinē. Ob hanc igitur cauſam

Sōnus pro puocandus eſt.

ſam, aliasq; plures, partiendus eſt mor
bus, & curatio per quatuor tẽpora, quꝫ-
uis curatio breuiſſima procuretur, quę
eſt uiginti dierũ. Nã cõmunis curatio,
& uſitatio eſt dierũ quadraginta. In cu
ratione uerò, particularia localia non
debent apponi loco ægrotãti, niſi poſt
initiũ uel incremẽtum curationis. Ali-
ter eñ augereť cauſa morbi coniũcta.
Per totã autem curationẽ nunq; aqua
frigida æger lauet manus, nec eam tan
gat, ne frigiditas aquæ actiua repellen
do humores ab exterioribus ad interi-
ora, nocumentũ aliq̃d inferat mẽbris
nobilioribus, quare abluantur manus
uel uino albo calido, uel aqua calida.

In curatio ne nunquã lauet ma- nus aqua frigida.

De ſudore, & quæ in illo ſeruanda ſint. Cap. XVII.

POtio ligni ſancti, ut ſuperius dixi-
mus, ſuapte natura educit ſudorẽ,
qui initio ferè curationis, & incremen
to ſolet fieri copioſior, remiſſior uerò
in ſtatu & declinatione, ubi per totam
curationem, ab initio ad finem largior
fuerit ſudor, argumentum eſt multæ
morbi materiæ ac noxiꝫ humoris, In-

terdum tamen ſudor plurimus contin
git ex ægroti caliditate aut ex laxitate
pororũ, aut ex utroq; . Si cui uerò non
per ſe ſudor fluit, arte prouocãdus eſt,
atque educendus, puta latere calefacto
alboq; uino ſuper inſperſo, ac plan-
tis pedum ſuppoſito . Hoc enim admi
niculo facilè ſudor educitur. Prouocã-
dus autem ſudor eſt nõ ſemper eodem
modo, ſed aliquando largus, aliquan
do mediocris, aliquando perexiguus,
pro ut conducere uidebitur & morbo
& ægroto. Vt uerò humiditas præſer-
tim capitis nõ officiat, tõdeatã ad cutem
qui curatur, ac poſt ſudorẽ ab ſummo
uſq; capite ad plãtas imas diligẽter ab-
ſtergatã atq; ſiccetur . In reliquis quoq;
mẽbris nulla ſudoris pars relinquatã. ne
humor ille maius afferat nocumentũ,
atq; augeat morbũ. Ergo optimè totũ
corpus ſiccetur, ſed maximè caput,

Sudor eſt prouocan-dus, ſi quis per ſe non ſudat.

Qua forma conficiatur ligni ſanc-ti medicina. Cap. XVIII.

NOn ſunt audiẽdi, qui putant fieri poſſe medicinam ligni ſancti per catapotia ſeu pillulas, aut etiam per paſtillos

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books' Full Membership gives access to 797,885 ancient and modern, fiction and non-fiction books.

Continue

*Fair usage policy applies

tissima sit ad medicinalẽ decoctionẽ.

Quod longa mora fieri debeat decoctio ligni sancti. Cap. XIX

LIgnum sanctum demõstrauimus habere materiam siccam, densam & duram. Facilitas uerò miscibilium cõtingit ex humido, contrà difficultas ex sicco. ut Auer. ait .1. de generatione. Aristotelesq; tradit eodem loco, quodq; corpus miscibile fieri, redactũ ad humidam substantiam. Quamobrem lignum oportet diu ac longa mora decoquatur, ut redigatur ad humiditatẽ: atq; etiam ut cõmisceatur aquæ decoctionis, unaq; forma liquoris fiat ex aqua & ligno, ab utroq; diuersa. Nã quæ miscentur, corrumpunt inuicem intentiones, & proprias qualitates, ut ait Aristoteles secũdo de generatione. Itaque per longam decoctionem, lignum sanctum, sublata siccitate ac densitate, humidum fiet, ac liquidum & rarum. Quibus qualitatibus, ut testatur Auerroës primo de generatione, facile quoduis corpus in substantiam aliti conuertitur.

Quom-do

Quomodo prȩparetur lignum sanctũ ad decoctionẽ. Cap. XX.

VT facilius in infusione macerari possit lignum sanctum, cultro radendum est, redigendum'q; in tenuissima ramenta. Hæc ligni ramenta in aquam infusionis mergantur in mundo uase. Debet autem uas ad unum modum decoctionis uitreum esse, ad alterum modum fictile seu testaceum, ut ostendemus. Mora infusionis in frigidis morbis duodecim horarum sit ante decoctionem, ut melius misceatur, operetúrque ualidius. In morbis calidis, aut breuis, aut nulla sit mora infusionis, ne nimis intense operetur, ut sigillatim suis locis exponemus.

Quomodo decoquatur lignũ sanctũ, & quot sint illius decoctiones. Cap. XXI.

DEcoquitur lignum sanctũ, uno modo, posita infusionis aqua cũ ramẽtis ligni, ut diximus, in uitreo uase. Hoc aũt uas uitreũ cum infusione ponitur intra maius alterum uas æneum plenum aqua cõmuni, medijs pa-

leis intra utrunque uas, ne uas uitreum frangatur. Feruente uerò aqua cõmuni in ęneo uase calefacto à subito igne, feruet etiã atque decoquitur infusio in uase uitreo calefacto à feruenti aqua cõmuni cõsueuimus, inquit Galenus octauo, de ingenio calefacere olea duplici instrumẽto, quia si aliter calefiant corrũpitur eorũ uirtus: sic & de ligno sancto dicendũ est. Alter decoctionis modus est simplex, hoc est, ut decoctio fiat in uase fictili ab igne calefacto. Prior aũt decoctio, in gemino uase est uirtutis alteratiuę, ac refrigeratiuę, aptior calidis morbis, & calidis complexionibus, hoc est, cholericis & sanguineis. Altera decoctio simplex in uase testaceo est calefactiuæ magis uirtutis, frigidis morbis idonea, & frigidis complexionibus, phlegmaticis & melancholicis. Quoniam uerò superius diximus longa mora decoqui oportere lignum sanctum, id animaduertendum præcipimus, non omnibus morbis, & ægrotis eiusdẽ morę decoctionem cõuenire, sed alijs maioris moræ, alijs minoris

noris. Quamobrẽ gradus constituẽdi sunt in ipsa decoctione, ut uerbi causa, primus gradus decoctionis sit, quum decoctio remanet unius libræ, secũdus, nouem unciarum, tertius unciarũ sex aut septem, & ita deinceps. Decoctio autem non simplex, aut unica fit, sed duæ ac tres fiunt. Eademq; ramenta ligni, facta prima decoctione, atque compressa & percolata, iterum ponuntur in aquam infusionis, & fit secũda decoctio, atque iterum comprimuntur & colantur, tũ tertio, si opus erit, ponuntur in aquam infusionis, & fiat tertia decoctio. Prima uerò decoctio dicitur syrupus seu prima aqua ligni. Secunda, secunda aqua: tertia, tertia aqua. Syrupus autem seu prima aqua ligni, magis est calefactiua, ad morbos apta & complexiones frigidas. Secunda aqua est alteratiua magis, & refrigeratiua, calidis complexionibus & morbis adhibenda. Initio aũt autũni, & ultimo uere, tertio quoq; die, aut etiam altero, decoctio est conficienda, quoniã calore anni celeriter corrũpi-

tur. Hyeme uerò sat est, ut quarto quoque die uel quinto, aut sexto conficiat. Ob frigus enim nõ ita facile putrescit. Quare hyeme libra integra fiat decoctionis, calidiore anni tempore semili bra. Atque hoc modo fit decoctio ligni sancti.

An in decoctione ligni sancti, alia decoquenda sint unà cum ipso ligno.

Cap. XXII.

IN fine curationis, in complexionibus calidis, decoqui possunt cum ligno sancto frigidę herbæ: ut cichorea, endiuia, buglossa hortensis, quam borraginem dicunt, aliæq; id genus. Id uerò fit ad refrigerandam iecoris caliditatem, totiusq; sanguineæ habitudinis. Quod aũt de fine curationis diximus, idem fieri potest, non tantum in actu præseruatiuo, sed etiã in curatiuo, præsertim in aliqua discrasia iecoris, atque in alijs, maximè quorum tibiæ pustulis ulcerãtur, quibus sola subuenit ligni sancti medicina. In hac autem decoctione in qua herbæ admixtæ sunt, idẽ ritus seruandus est, & regula, de dięta, potione

potione & cæteris quæ ad curationem absolutam pertinent ligni sancti.

Quod uario gradu & intensione decoctio facienda est ligni sancti.

Cap. XXIII.

MOra decoquendi, atque gradus quos diximus decoctionis, diuersi esse debent, frigido anni tempore, & calido, cæteris paribus. Nã hyeme intensior debet fieri decoctio, & maiore gradu: uere atq; autumno, minore gradu atque remissior. In tẽporibus item curationis, hoc est initio, incremẽto q; statu, & declinatione, non idem seruetur modus decoctionis in paribus morbis & ægrotis. In uarijs quoq; morbis, uarijs ætatibus, uarijs cõplexionibus, uarius debet omnino esse gradus decoctionis, ut sigillatim inferius exponemus. Nihil uero refert, quod aiunt, gentes illas, apud quas nascitur lignũ sanctum, eodẽ semper modo ac sine ullo discrimine cõficere ac sumere hanc potionem. Nam imperiti illi sunt artis medicinæ, ac rationis. uel fortè quoniam recens lignum decoquunt, salutaris est

ea medicina,quocunq; alio modo cõfi ciatur,uel quia in illis regionibus antidotaria medicina est lignũ sanctũ, uel quod incredibilius est,decoctionẽ cõfi ciunt admodũ tẽperatã, ut in omni tẽ pore anni subueniat ægrotis,omni ęta ti,omni morbo,omniq; complexioni.

Quibus horis syrupus ligni sancti sumẽdus sit. Cap. XXIIII.

Syrupus ligni sancti sumẽdus est ægrotãtibus & mane & uesperi. Ante prandiũ uerò & ante cœnam suma, tur,tanto temporis spacio,quãto opus est, ut concoqui possit, pro stomacho uel firmo uel imbecillo. Atque mag. opere errarunt,qui præbendum syrupum arbitrati sunt post cibum secunda hora. Ea enim res aduersatur rationi totius medicinæ. Quare tempus concoctionis syrupi sit circiter quatuor horarum ante prandium & cœnã, plus minus, pro ut uires concoquendi, & syrupi quantitas exegerit. Si autem morbus in cerebro sit, tunc syrupus post cibum præbeatur,ut suis locis declarabimus.

Quod

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Quod autem de quãtitate diximus potionis, idem omnino seruãdum, est de qualitate, hoc est de gradu & intensi, one decoctionis.

Quid agendum sit stomacho nauseante: Cap. XXVI.

SI cui assidua nausea contigerit, non est propterea dimittenda incepta curatio. Nã paulatim atq; indies nausea minuet, semperq; stomachus robustior fiet. Si aũt eueniat nausea ex innata stomachi caliditate, tũc syrupum & aquam, aut eorum alterum, ut morbus & ægroti dispositio exegerit, ad frigiditatem oportet reuocare, ut minore gradu fiat, & remissior decoctio. Vt uerò amaror ille frangatur, syrupi uel aquæ secundæ, admisceri possunt, aut coriandri præparati, aut saccarũ rosaceũ, aut aliud tale, quod & amarorẽ minuat, & conueniat morbo, & ægroto.

Quod intermittẽda est aliquãdo potio ligni sancti, aliquando etiam dimittenda. Cap. XXVII.

INitio curationis, in quibus morbis dolores sunt, augeri potius q̃ minui solent

solēt dolores ipsi, ob agitationē factā in humoribus, ex ligni operatione. Neq; propterea est curatio intermittenda. Nam salus omnino futura est, procedente semper atq; operante uirtute medicinæ. Nam ut ait Auer. 4. metheor. effectus augetur ex operatione inquieta, ac sæpe conualescit ægrotus non paruo tempore post curationē. Si aūt aliquod accidēs intra curationē accesserit, puta, febris, uel destillatio seu catarrhus, præberi potest pro syrupo aqua secunda alteratiua in hora cibi, aut intermittenda est ad rempus potio ligni sancti, & sublato accidenti, resumenda. At si perseuerauerit accidens illud, atq; periculū timetur, dimittatur omnino curatio ligni sancti. Cū uero inerit aliq̄d nocumentū internū in spiritualibus uel nutritiuis, & aliæ tamen adeunt intentiones medendi, per syrupos, & electuaria, & alia similia, tunc non est relinquēda potio ligni sancti, sed præbēda cū alijs illis medicamētis, ut subueniatur maximè interiori nocumento, ita tamen ut quotidie, sed se-

Initio curationis dolores solent potius augeri quàm minui.

mel tantũ ſumaẽ ſyrupus ligni, aut aqua ſecũda ſola in potu, loco uini, quæ aqua uel intenſæ decoctionis ſit, uel remiſſæ, ad calefaciendum, uel alterandum, ut conueniet morbo & ægroto. Atq; hunc nos modum curationis experti ſæpe ſumus fœlici rerum euentu.

Quo pacto adminiſtretur medicina ligni ſancti in morbo gallico. Cap. XXVIII.

SI morbus gallicus recẽs fuerit, nec tres menſes exceſſerit, ſola humectatione opus eſt, & mundatione atque recreatione membrorum. Quod fit per potionem ligni ſancti alteratiuam, & refrigeratiuam. Nam ſi in recenti morbo intenſiorem decoctionem pręberemus, & calefactiuã, quod fieri debet in ueteri morbo, procul dubio recens ipſe morbus deterior fieret, & augeretur. Calefactiua enim decoctio ligni, quæ, ut diximus, ueteri conuenit morbo, ſua uirtute aperitiua, in morbo recenti auget dolores iunctu-rarum, uomicas excitat offuoſas, membra principalia inflammat, infectaq; dimouet à naturali temperamento, ac totum

totum corpus uexat grauissimis accidentibus. Quæ omnia contingunt ex intemperata decoctione ob nimiã illius intensionem & caliditatem. Itaque diuersa est ratio præbẽdæ potionis ligni sancti, in ueteri morbo gallico, & recenti, ut suis locis sigillatim exponemus. Quum uerò in hoc morbo ulcera sunt oris, aliorumue membrorum, dum curatio fit per lignum sanctũ, mederi ulceribus possumus interea unctione cum mercurio & ligno sancto. Et in oris quidem ulceribus ea unctione septẽ dies collũ ungendum est. In alijs uerò membris circum ipsa tantum ulcera ungatur manè & uesperi. Si autem unguenti caliditas officeret ulceribus, alia poterit unctio adhiberi frigidior, alterans & exiccans, mundatis priùs ulceribus. De his uerò latius inferius, ac sigillatim præcipiemus.

Quæ post curationẽ ligni sancti seruanda sunt Cap. XXIX.

PEracta in quouis morbo curatione ligni sancti, ad eũ modũ, qui est hactenus descriptus, primũ illud seruã

dũ eſt, ne aut habitet aut uerſet curatus in frigido loco, nec unq̃ omnino ſenti at frigus. Nã ob raritatem pororũ corporis facilè nouus aliquis morbus contingeret, qui eſſet curatu perquam difficilis, præſertim ſi frigidus eſſet morbus, aut in frigido anni tempore. Modus deinde ſeruetur in cibo & potu, ſaltem ad duos menſes, ut carnes edantur facilis concoctionis, ac cætera quæ nihil omnino officiant. Quãtitas uerò cibi ea ſit, ut illa minimè grauetur ſtomachus imbecillis ex inedia quæ præceſſit, atque ut bene cõcoctus cibus facile in ſubſtantiam aliti cõuertatur. Si autem peracta curatione, inflãmatio cognoſcetur in iecore & in habitudine ſanguinea, quod erratum in curatione fuerit, confecta decoctione nimis intenſa, neceſſe eſt alterari iecur atque refrigerari ſyrupo aut aqua endiuiæ, aut re alia, quæ refrigerat, aut uenam incidi, ut cõueniet. Ad tuendam uerò ualetudinem ex quouis morbo, præſertim ex morbis cronicis, & qui uix euelli poſſunt, ut eſt podagra, poterit curatus

tus procedente tempore quarto aut se-
xto quoq; die sumere aquam secundã
decoctionis ligni, uel syrupũ, quod est
multo utilius. Quod si per legitimam
ligni curationẽ quadraginta dierum,
non receperit quis integram salutem,
debebit post aliquot menses, aut etiam
annos repetere ipsam curationem, at-
que si opus fuerit, tertio aut quarto, de
ntegro curari eadem ligni medicina
eodemq; ritu. Neque quicquam inde
timendum est incolumitati; nam adeo
est præclara hęc medicina & salutaris,
ut si ritè administretur, nõ modo non
officiat sępius sumpta, sed mẽbra quo-
que omnia foueat, recreet, ac roboret,
corpusq; per illã deducatur ad perfe-
ctam habitudinẽ, ac ferè iuuenescat.

ATque hæc nobis pertinere uisa
sunt ad communem generalẽq; ra-
tionem huius medicinę ligni sancti.
Post hæc de uniuersis morbis, de ætati
bus, de cõplexionibus sigillatim, atque
ordine præcipiemus. De ratione autẽ
ipsorũ morborũ, nihil attinet hoc ope
re disputare, de quibus plurimi atque

præclari autores tractauere, sed in singulis morbis demõstrabimus diligenter quo pacto curandi sunt hac medicina. Iãq; modũ ponemus primo huius operis libro, si prius quasi corollarium illi addemus, rationem diuersæ operationis ligni sancti.

Quare diuersæ cõtingũt operationes ex medicina ligni sancti Cap. XXX.

LIgnũ sanctũ diximus esse naturæ atq; cõplexionis calidę in secundo gradu, ac siccæ. Quãobrem non mirũ est, si curent̃ illo morbi & ægroti humidæ naturæ ac frigidæ. Sed difficile illud uidet̃, q̃d nihil minus subueniat siccis calidisq; morbis & ægrotis. Quare aũt id fiat nos ratione cognouimus, & usu atq; experimentis. Causa uerò diuersæ operationis, ut supra tetigimus, est uaria cõfectio ipsius medicinæ. Remissi or em̃ decoctio ligni sancti facit ut propriæ ipsius qualitates remissæ transfundant̃ in aquã decoctionis, qualitates uerò aquæ minus transmutent̃ uigore ipsius ligni. Quo fit, ut ex utroq; cõposita decoctio ad hũc morbũ remissa, multò minus

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books' Full Membership gives access to 797,885 ancient and modern, fiction and non-fiction books.

Continue

*Fair usage policy applies

LIBER SECVNDVS. DE LIGNO SANCTO.

PRAEFATIO.

HOC secũdo uolumine de singulis morbis ut dictũ est, sumus tractaturi, curandis per ligni sancti medicinam. Constituimus uerò propriam curationem in unoquoq; morbo, non solum quæ ad morbum ipsum pertineat, sed quæ cuique conueniat habitudini seu complexioni ex diuersis quatuor corporũ humoribus, sanguine, bili, seu cholera, pituita, seu phlegmate, atra bili, seu melancholica. quæ item conueniat cuiq; ætati, quæ firmo corpori, quæ imbecillo. Incipiemus autẽ ab eo capitis morbo, qui & molestissimus est, & curatu multo difficillimus.

De cephalea seu hemicranea.

CEphalea, morbus, ut ait Celsus, acutus ac pestilens, hemicranea etiam dicitur, quod frequentius certã partem capitis infestet, licet uarijs locis, semper tamen qua caput capillo tegitur. Hic morbus uarius est, ac multiplex

plex malum. Nos autem de dolore illo tractabimus, qui maximè uehemens est, & pernicioſus, & qui uix curatur aliqua medicina. Eius mali & ſi multæ cauſæ ſunt, potiſſima tamen eſt cauſa interna, ut dolor ex ipſo corpore naſcatur, ſiue ex ſolo capite oriat̃ malũ, ſeu ex capite & ex alio mẽbro, ut eſt lien, ſeu ſplen, iecur, ſeu epar, ſtomachus, uulua, quæ & matrix dicitur, & ſimilia. E ſtomacho uerò præcipuè oritur is morbus, ut præcipit Auic. prima tertij, cuius ſignum eſt, quod plerunq; fit dolor in priore parte ſincipitij. nam qui in margine ipſius ſincipitij fit, hũc uulua maximè producit. In dextra autem parte capitis ex iecore transfunditur, ex liene in ſiniſtra, ut docet Auic, *Cap. 7.* eodem loco. Quoniam uerò ex cauſis moribi materialibus quæ cronicum facit morbum, ſeu diuturnum, eſt phlegma, aut melancholia, de hoc morbo ce phaleæ primum dicam, quum à phlegmate concitatur; ſiue is humor per ſe talis ſit in corpore, ac (ut aiunt) radicaliter, ſiue talis ſit in ratione alterius hu-

moris, per ulteriorẽ cõbuſtionem uel reſolutionem, ſeu etiã talis ſit humor ab ineunte ætate, ſeu ſuccedẽte tempore mutatus ob qualitatem regionis, uel propter ſex res non naturales.

Curatio cephaleę, phlegmate exiſtẽte in cauſa, in iuuene cholerico uel ſanguineo.

IMminuta primũ cauſa morbi antecedẽte, humore uidelicet phlegmatico, iuuenis eius cõplexionis, ſi imbecillus ſit, hoc modo curet. Cibetur tota curatione diæta reſumptiua, ab initio & per totũ incrementũ curationis, tam in prãdio q̃ in cœna, ſumẽs tres uncias panis bis cocti, & tantundẽ carnis elixæ. In ſtatu tres uncias panis, duas tantũ carnis, poſt redeat ad tres carnis uncias in declinatione, ac demũ quatuor etiã uncias eſſe poterit æger circa finẽ curationis, ut non ſubitò, uel nimis minuat cibus, uel nimis augeat. Neq; em̃ ex multa fame, ut Celſus ait, nimia ſatietas, neq; ex nimia ſatietate fames idonea eſt. Sumatur autem in potu manè & ueſperi aqua ligni ſancti alteratiua, ut dicemus. Syrupus uerò talis fiat

at. Ponatur in fictili seu testaceo uase, semilibra ex ramentis ligni, maneatq; in infusione horas duodecim in aqua fontanæ quindecim librarum, deinde ferueat infusio ad ignem carbonum, donec redeat decoctio ad libras octo: post coletur, ac reponatur in uitreo uase bene operto. Ex eo syrupo sumat ægrotus tam manè, quàm uesperi uncias quatuor ab initio curationis usque ad statum. In statu autem & deinceps uncias sex. Sumatur uerò syrupus calefactus. In potu talis fiat aqua secunda, ramenta ligni compressa post decoctionem syrupi ponantur in uitreo uase in aquam uiginti librarum, hæc ferueat in gemino uase ad ignem lignorum, donec redeat ad quindecim libras. post hæc coletur, ac reponatur in uitreo uase bene operto. Ex hac aqua bibat æger in prandio & in cœna quantum placuerit. Ea enim refrigerabit calidam iuuenis habitudinẽ. Si aũt horreat bibens aquæ amarorẽ, tẽperet amaror ipse admixtis aquæ coriãdris, ut superius demõstrauimus.

In

In robuſtiore uerò iuuene idem ſeruetur modus curationis, præterq́, quod audacius minui poterit quantitas cibi, augeri uerò ſyrupi per totam curationem. In hoc enim fortior eſt calor uitalis, facilius q́ ac melius fit concoctio.

In iuuene phlegmatico, uel melãcholico.

CIbetur is iuuenis, ſi imbecillus ſit, diæta reſumptiua, ut ſupra dictũ eſt. Caro autem ſit aſſa, non elixa, ammoto cruſto ſuperiore. Si uerò fuerit robuſtior, diæta utatur regulari. Syrupus autem & aqua ſecunda uim habeant calefactiuam, fiant q́ in hunc modum. Ponatur ſemilibra ex ramentis ligni in uaſe fictili, in aquæ fontanæ libras quindecim, maneat q́ in infuſione horas duodecim: tum ferueat infuſio, donec decoctio redigatur ad ſex libras, poſt hæc coletur, ſerueatur q́, ut docuimus. atque hic ſyrupus ſumatur ab initio curationis, & per totũ incrementum. In incremẽto uerò uſque ad declinationem redigatur eadem decoctio ad quatuor libras. Secunda aqua in potu talis ſit, compreſſa ligni ramen

ta

ta poſt ſyrupi decoctionem ponantur in aquæ fontanæ libras uiginti, ferue-atq; decoctio donec ad decem redeat libras, eaq; , ut ſuprà dictũ eſt, utatur in potu ægrotus tota curatione in prã-dio & in cœna.

In ſene cholerico uel ſanguineo.

HIuſmodi ſenex ſi imbecillus ſit, ac reſolubilis, imminuta prius cauſa morbi antecedente, cibetur diæta reſumptiua tota curatione, etiã cum contuſo gallinæ aut caponis, panis ue-rò præbeatur bis coctus, uel bene coctus, quantum in iuuene cõſtituimus eiuſdem complexionis. Syrupus pro hoc ſene talis fiat. ſemilibra ex ramentis ligni in aquæ libras quatuordecim ponatur in uaſe teſtaceo, maneat in infuſione, ut ſuprà, ferueatq; infuſio ad ignem carbonum, donec ad ſeptem libras redigatur decoctio. Ex hoc ſyrupo ſumat æger tam mane quàm ueſperi ab initio uſque ad mediam curationem, uncias quatuor, in reliqua curatione ſemilibram. Intra curationem uerò deiectiones ſeu euacuationes, non

negligantur,ut mobo conueniet et ægroto,aqua ſecunda utatur in potu,ut de phlegmatico iuuene dictum eſt tota curatione in prandio & in cœna.

Curatio melãcholia exiſtẽte in cauſa in iuuene cholerico,uel ſanguineo.

IMminuta primũ cauſa morbi ante cedẽte, cibetur talis iuuenis diæta reſumptiua.Syrupus uerò ſic fiat,ab initio ad mediã curationem ſit ſemilibra ligni,aquę infuſionis libręquindecim, maneant ligni ramẽta in infuſione horas duodecim . ferueat infuſio in baln eo mariæ, donec redigatur decoctio ad undecim libras . Seruetq; ut ſuprà in uitreo uaſe . Ex eo ſyrupo ſumatur tam manè quàm ueſperi,ſemilibra . In ſecunda aqua ,in potu ſint aquæ libræ uiginti.ferueatq; infuſio donec rediga tur decoctio ad ſexdecim libras, reponatur q; ac ſumat̃,ut ſuprà . A ſtatu curationis uſq; ad finẽ , ſyrupus fiat ex ſemilibra ramentorũ ligni, & aquæ infuſionis libris duodecim . maneat infuſio,ferueat. & reponatur ut prior ſyrupus. Intentio tantũ decoctionis maior

ſit

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

tenſior item fiat ſecũda decoctio, ut de cem aquæ libræ ad ſex redeant. Si aũt ſiticuloſior ſit ęgrotus, ſecundaq́ aqua poſt ſyrupum non ſufficiat in potu ex compreſſis ligni ramentis, fiat prima ligni decoctio in potu ad hunc modũ. unciæ tres ex ligni ramentis ponantur in infuſione in uaſe fictili in libras quin decim aquæ, ferueatq́ infuſio, donec decoctio ad decem redigatur libras, co letur q́ ac reponatur, ut ſępius dictum eſt. Atque hæc prima aqua remiſſioris decoctionis ſuppleat in potu defectũ aquæ ſecundæ.

In ſene cholerico uel ſanguineo

SI is ſenex imbecillus ſit, imminuto prius humore melancholico, cibe. tur diæta reſumptiua, ut ſenex phleg. maticus. Syrupus pro eo per totam cu rationem fiat calefactiuus, ad hũc mo. dum, ponatur ex ramentis ligni libra integra in uaſe fictili, in aquæ libras quatuordecim. fiat infuſio, ut ſuprà, fer ueatq́ quouſq́ redigatur ad libras ſep tem. Ex eo ſyrupo tam mane quàm ueſperi ſumatur ſemilibra. Pro aqua

ſecunda

ſecunda in potu, ramenta primę decoctionis compreſſa ponantur in uitreo uaſe in aquæ libras uiginti. Ferueat ipſa ſecunda infuſio in balneo mariæ donec ad quindecim redeat libras. Si uero paulo ſit ęger ualidior, cibetur interdum diæta regulari, augeaturq; potio ſyrupi duabus unciis, ut octonas ſumat uncias per incrementum & ſtatum curationis.

In ſene phlegmatico uel melancholico.

CIbetur huiuſmodi ſenex tota curatione, dięta regulari, pane bis cocto & uua paſſa. Ad ſyrupum ſit libra integra ligni, aquæ libræ ſedecim. fiat infuſio de more, ferueatq; ad ignē carbonum, donec redeat decoctio ad ſeptem libras. Coletur de more ac ſeruetur. Ex eo ſyrupo ſumat ægrotus mane ac ueſperi, ab initio curationis uſq; ad incrementum, uncias quatuor, deinceps uſq; ad finem, ſumat ſemilibram. Pro ſecunda decoctione in potu, ſint aquæ libræ uiginti, redigaturq; decoctio ad decem & octo. Si autem robuſtior ſenex fuerit, augeatur potio ſyru

pi duabus ferè unciis. Secundáque dè coctio fiat paulò intenſior, ut redeat ad ſexdecim libras.

De uigilia immodica.

LOnga & immodica uigilia ex aliqua prouenit quatuor cauſarum, hoc eſt, uel à nimia ſiccitate, uel ab intemperato calore, uel à cholera rubea aut nigra, uel à phlegmate ſalſo. Præcipuè tamen in cauſa eſt ſiccitas cerebri, dum uel à calido iecore, uel ex aliqua materia calida per ſe aut per accidens, calidi uapores exhalantur, accerebrum per ſe ſiccum magis exiccant, Primum igitur in huius morbi curatione cauſa frangatur antecedens. Deínde ſingulæ complexiones & ætates curentur in hunc modum.

Curatio uigiliæ, in iuuene cholerico uel ſanguineo.

CIbetur talis ægrotus carne pulli elixi cum frigidis herbis. Sumat uero in potu ſaltem duos menſes, aquam decoctionis ligni ſancti, quæ talis fiat. Ex ramẽtis ligni ſint unciæ tres per mẽſem, deinde quatuor unciæ alio

in

in menſe,aquæ libræ uiginti, fiat infuſio, ac ferueat in balneo mariæ, donec redeat decoctio ad quindecim libras. Hæc uerò aqua in potu ſumpta, altera bit intemperiem,ſeu diſcraſiam membri dolorẽ immittentis. Corrigit enim atq; inſtaurat lapſa membra ex quacunq; cauſa. Neq; aũt id cuiquã incredibile uideatur, q̃d nos & aliàs experti ſumus,et præcipuè in clariſſimo uiro Camillo Muſettula, quẽ quũ immẽſa uigilia ex iecoris caliditate penè conſumpſiſſet, ſola potione hac ligni ſancti alterãte,refrigerato iecore, ſublata uigilia eſt, ac perfectæ ſaluti reſtitutus. quod illi quoq; fuit ſummo miraculo.

In iuuene phlegmatico uel melãcholico.

CIbetur huiuſmodi iuuenis, ut ſuperior,ſed parcius aliquanto. pro eo autẽ fiat talis ſyrupus. Sint ligni unciæ quatuor, aquæ duodecim. ferueat infuſio in balneo mariæ, donec redeat decoctio ad uncias ſeptem. Ex hoc ſyrupo ſumat æger per totam curationẽ uncias ſex manè tantũ. Aqua ſecunda in potu fiat, ut in iuuene ſuperiore.

In ſene cholerico uel ſanguineo.

SEnex ſi huius complexionis fuerit ab ineunte ætate, imminuto prius humore noxio, ſi ſit in cauſa, cibetur diæta reſumptiua, fiantq; pro eo ſyrupus & aqua ſecunda, quæ alterent illius complexionem, pro ſyrupo ſit ligni ſemilibra, aquę libręuiginti, ferueat infuſio in balneo mariæ donec ad quindecim libras decoctio redigatur. Inde ſumat ægrotus mane ac veſperi ſemilibram tota curatione. Pro ſecũda decoctione ramenta ex priore decoctione preſſa ponantur in aquæ libras uiginti quinq;, hæc ferueat in eodem balneo, donec ad uiginti redeat libras. Quod ſi aqua ipſa ſecunda non ſufficiat ad potum ob ſitim nimiam ſenis, fiat aqua prima in potu, qualis deſcripta eſt in iuuene cholerico.

In ſene phlegmatico uel melancholico.

EAdem in hoc ſene ſeruentur, quæ in ſuperiore. Nam licet complexio per ſe humida ſit, humectandus tamen eſt ob morbum ſiccißimum.

De

De perturbatione intellectus, defectu & amissione memoriæ.

PErturbatio intellectus & defectus memoriæ, non differunt, nisi per maiorem aut minorem uim causę facientis morbum, & per diuersas capitis partes, & proprias sedes. Conueniunt uerò in materia & noxio humore, unde oritur morbus. Atque de ea perturbatione intellectus hic præcipimus, quæ sine febre est: quum ex phlegmate putrido fit, uel ex cholera. Speciesq; illas notamus huius morbi, in quibus communitas est in causa morbi pluribus membris principalibus, in quibus præcipua sunt iecur & cerebrum. Et ie coris quidem caliditate fit morbus, dũ cõburit humores, ac cinericios reddit, gignitq; choleram nigrã, ex qua morbus hic nascitur. Sed & cerebrũ solum nonnunquam est in causa, ob sui intemperiem seu discrasiam. Nam eius frigiditate augetur phlegma. Sæpe etiam, ut diximus, utrunq; membrum est in causa, & plerunque alia membra, ex nimia frigiditate aut humiditate, quæ

solẽt morbũ afferre, ut prima tertij tradit Auic. In quacunq; aũt specie huius morbi maximè conuenit curatio ligni sancti, quoniã tenui opus est materia in nutrimento, ob uirtutẽ ligni nutritiuã, & in hoc morbo ualde noxia est repletio ex cibo & potu, maximeq; ad uersatur sensui animæ interiori, Auic. ibidẽ præcipiente. Sed & ob id utilissima est ligni sancti medicina, quod exiccat, & tenuat sanguinem, & temperatè calefacit. Atq; ita sensus interior purgatur & instauratur, ut eodẽ loco præcipit Auicenna. Primum autẽ omnium in huius morbi curatione immi nuaẽ causa antecedẽs noxius humor.

Curatio perturbationis intellectus & amissionis memorię, phlegmate existẽte in causa, in iuuene cholerico uel sanguineo.

HIusmodi iuuenis cibetur tota curatione diæta resumptiua, si imbecillus sit. Syrupus pro eo fiat ex ligni semilibra, aquæ libbris octo. Feruat infusio in uase fictili ad ignẽ carbonum, donec redigatur decoctio ad qua

tuor

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books' Full Membership gives access to 797,885 ancient and modern, fiction and non-fiction books.

Continue

*Fair usage policy applies

tus mane ac uesperi initio curationis uncias tres, in incremento quatuor, reliquo tempore semilibram. Secunda decoctio in potu fiat ex aquæ libris duodecim, quæ ad decẽ redeant feruẽdo.

In sene cholerico uel sanguineo.

Cibetur senex hic tota curatione si sit imbecillus, dieta resumptiua, fiatq; pro eo syrupus ex libra integra ligni, duodecim aquæ, ferueat infusio in uase testaceo ad ignem carbonum, donec ad libras septem redigatur. Hoc sex utatur usq; ad mediam curationẽ, sumens manè ac uesperi uncias quaternas. Secunda decoctio in potu ex duodecim aquæ libris feruendo redeat ad decem. A statu, & deinceps, syrupus fiat ex una libra ligni, decem aquæ, redigaturq; decoctio ad libras quinque. Sumatq; inde ægrotus, tam mane q; uesperi semilibram. Secunda decoctio in potu ex libris duodecim redigatur ad octo. Si autem robustior sit senex, cibus est pro illius uiribus minuẽdus.

In sene phlegmatico uel melãcholico.

HIusmodi senex cibandus est, ut uires

uires, aut imbecillitas exegerint, diæta uel regulari uel resumptiua, uel alternis. Pro eo syrupus tota curatione fiat ex libra integra ligni, aquę libris decẽ, redigatúrque decoctio ad quatuor libras, feruendo ad ignem carbonũ in fictili uase. Inde sumat æger mane ac uesperi usque ad mediam curationem uncias quatuor, deinceps usq; ad finẽ semilibram. Secunda decoctio in potu fiat ex aquæ libris decẽ, ad septẽq; redigatur. Si autem senis uires maiores sint, uti poterit tota curatione diæta regulari, & ampliori syrupi potione.

Melãcholia existente in causa, in iuuene cholerico uel sanguineo.

SI imbecillus sit talis iuuenis, utatur diæta resumptiua per totam curationem, fiatq; pro eo syrupus ex ligni semilibra, & aquæ libris octo, ferueat infusio in uase fictili, donec redigatur decoctio ad sex libras. Inde sumat ægrotur ab initio usq; ad mediã curationẽ, uncias quatuor tam manè quàm uesperi, reliquo tempore semilibram. Secunda decoctio in potu fiat ex libris a-

quæ ſexdecim, ferueatq; in balneo ma
riæ quouſq; ad 12. redigat. ualidiori ue-
rò iuueni tenuior præbẽdus eſt cibus.

In iuuene phlegmatico uel melãcholico.

CIbetur is iuuenis dieta regulari to
ta curatione. Si autem ſit imbecil
lior, in ſtatu curationis & deinceps di-
eta uti poterit reſumptiua. Syrupus
pro eo uſque ad mediam curationem
fiat ex ligni ſemilibra, aquæ libris duo-
decim, ferueatq; infuſio in uaſe fictili
redigaturq; ad ſex libras. Inde ſumat
æger manè ac ueſperi ſemilibrã. Secũ-
da decoctio ſit ex libris quindecim a-
que, ferueat in balneo mariæ redeatq;
ad libras duodecim. In ſtatu & dein-
ceps, p ſyrupo ſit libra integra ligni, de
cẽ aquæ, redigaturq; decoctio ad quin
que libras, feruens in uaſe teſtaceo, ſe-
milibrámque ſumat æger utraque po
tione tam matutina quàm ueſpertina.
In ſecunda decoctione ſint libræ ſex-
decim aque, redeantq; feruendo in bal
neo mariæ ad tredecim libras.

DIn ſene cholerico uel ſanguineo.

Dieta reſumptiua cibet hic ſenex

tota

tota curatione, fiatque pro eo syrupus ex ligni semilibra, libris aquæ decem, redigatúrque ad libras quinque decoctio, feruens in fictili uase. Sumantur utraque potione usque ad statum unciæ quatuor, in statu & deinceps unciæ sex. Ad secundam decoctionem in potu libræ quindecim aquæ feruentes in balneo marię ad decẽ redigãtur. Si autẽ sit robustior senex, intẽsior fiat utraq; decoctio, ex una scilicet libra.

In sene phlegmatico uel melancholico.

IVxta, uel uires, uel imbecilitatẽ fiat ab hoc sene diæta regularis aut resumptiua. Syrupus pro eo fiat per totam curationem ex una libra ligni, decem aquæ. feruens in uase fictili decoctio redeat ad sex libras. Inde sumat senex utraque potione semilibram, si uis epatis concoctiua id tolerat. Secunda decoctio fiat ex libris sexdecim aquę, redigatúrque ad duodecim. Si autem secunda decoctio non sufficiet ad sitim senis, & iuuenis fiat prima decoctio in potu in balneo mariæ ex ligni uncijs tribus, aquæ libris quin

decim, quæ ad decem redigantur.

De melancholia.

MElancholiæ morbus multiplex est. Nos tamen de ea tractamus, qua existimatiua uis et cogitatiua perturbatur propter melancholicum humorem noxium, fitq; adustione alicuius ex quatuor humoribus, ob imbecillitatem splenis, aut propter iecoris adustionem, uel alterius membri præcipui uel propter communem adustionem. Eamq; melancholiam curamus ligno sancto, quæ non penitus cõfirmata est & obsoleta, sed quæ uix curatur alijs medicinis. Hoc igitur pacto quisquis eo morbo affectus est, præparetur ad curationẽ ligni sancti, ut trahaẽ in habitudinem contrariam causæ morbum facientis. Cibetur æger diæta & cibo apta ad eius morbi curationem, ut medici consueuerunt. Detur aũt in prandio & in cœna loco uini per duos mẽses aqua ligni sancti: quæ talis fiat, ramentorũ ligni unciæ tres, aquæ libræ quindecim, ferueat infusio in balneo mariæ, donec adecẽ libras redeat decoctio

coctio. Post hæc curetur morbus iuxta singulas complexiones & ætates, ad hunc modum

Curatio melancholiæ in iuuene cholerico uel sanguineo.

CIbetur is iuuenis tota curatione diæta resumptiua, alterata ad humidum, oleribus frigidis, ut decet. modus autem cibi sit iuxta uires, item pro complexione & adustione membrorum, quæ indigent alimento. Pro eo syrupus fiat de more ad hunc modum: sit ligni semilibra, aquæ libræ decem. ferueat infusio in balneo mariæ, atque ad libras quinque decoctio redigatur. Inde sumat æger ab initio curationis usq; ad statum utraq; potione tam mane quàm uesperi semilibram in statu, & deinceps uncias octo. Decoctio secunda in potu fiat ex aquæ libris uiginti quatuor, quæ in eodem balneo feruentes redeant ad uiginti.

In iuuene phlegmatico uel melãcholico.

EAdem seruetur curatio in hac cõplexione iuuenis, quæ in superiore. Hic enim morbus omnino ex adu-

ſtione gignitur, nec admodũ diuerſus eſt in diuerſis cõplexionibus, niſi craſſitudine aut tenuitate humoris noxíj. Quamobrẽ quo terreſtrior fuerit materia morbi, eo diuturnior erit hæc curatio ſeruãda, qd minus apta ſit humectationi & reſolutioni & euacuationi.

In ſene cholerico uel ſanguineo.

CIbetur ſenex huiuſmodi reſumptiua diæta humectante, ut dictum eſt, ſed tenuiore cibo, quàm iuuenis. facilius enim fert ſenex inediã, quàm iuuenis. Pro eo ſyrupus fiat per totam curationem ex ligni uncíjs octo, aquæ libris quindecim, infuſioq; ſeruẽs in balneo marię ad libras octo redigatur. Inde ſumat æger tam manè quàm ueſperi ſemilibram, minus uerò ſi adſit ſtomachi aut iecoris imbecillitas. Aqua ſecũda in potu fiat ex libris aquę uiginti, que in eodem balneo feruentes rede ant ad tredecim.

In ſene phlegmatico uel melãcholico, eadem ſeruãda de uertigine,

MVltę quidẽ ſunt cauſę uertiginis primitiuę, atque ex humoribus, ſed

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

pro ſanguineo iuuene uel cholericoſi at ex ligni unciis quatuor, quæ mane, ant in infuſione diem ac noctem in a, quæ libris quindecim, ferueatq; infu, ſio in balneo mariæ donec redeat de, coctio ad libras decem. Pro phlegma, tico uero iuuene uel melãcholico aqua in potu fiat ex ligni ſemilibra, aquæ li, bris ſedecim, ferueatq; infuſio in ficti li uaſe ad ignem carbonum, donec ad libras duodecim redigatur. In ſene ea, dem ſeruentur, niſi quod & in cibo, & in quãtitate ligni atque aquæ ad deco, ctionem, & in ipſius decoctionis gra, du, eſt habẽda ratio uirium complexi onis, & ætatis. Si autem hoc pacto uer tigo non tollitur, adhibeatur eadẽ cura tio, quæ deſcripta eſt in melãcholia.

De epilepſia.

EPilepſia, qui morbus latinè dici, tur comitialis, & ſi nõ ſimplex eſt, nos tamen de ea morbi ſpecie tracta, mus, quæ à nõnullis uera epilepſia dici tur, & quæ gignitur à phlegmate. Quã quam & melãcholia eſt nõnunquam in cauſa. Ex utrouis igitur humore, p,

ducatur

ducatur morbus, ac ſiue propter cere-
bri, ſeu propter alterius membri præ-
cipui intemperiem, dummodo contin
gat ex interna cauſa materiali ac per-
manente, ſitq; id malũ diuturnius, nec
tolli potuerit alia medicina, curatio fiat
per lignum ſanctum ad modũ quem
deſcribimus. Ac primũ locus in quo
æger curatur, hoc eſt cubiculũ, ſit tem-
peratè calidũ, ab omni ſtrepitu ſemo-
tum, nec nimis illuſtre. Sudor prouoce
tur, ſed in capite copioſius, quàm in reli
quo corpore. Seruetur uero modus di
ligenter, pro ægroti diſpoſitione, tam
in cibo quàm in potione ligni, ne inter
curandũ aut febricula incidat, aut de-
ſtillatio, aut aliud quoduis accidẽs ad-
uerſum. Nam ſi ritè fiat curatio per lig
num ſanctum, morbus facilè curatur
ac tollitur, quod nobis curantibus ſæpi
us cõtingit. Sed illud pro miraculo ha
bendum eſt, & eſt tamen ueriſſimum,
quod monialis quædam nobilis ex or
dine diui Frãciſci, in uiridi ætate anno
rum triginta, ſanguineæ cõplexionis,
morbũ hunc comitialem paſſa ſex an

nos, quum à me curata esset hac medi-
cina & hoc ritu, diebus uigintiquinq;,
nec amplius pristinę saluti prorsus red
dita est, nec unquam postea sensit epi-
lepsiam. Sed & alios innumeros cura
ui desperatæ salutis. Curatio autē fiat
in hunc modum.

Curatio epilepsiæ in iuuene sangui neo uel cholerico.

VTatur hic æger, si non sit imbecil
lus, diæta regulari ab initio usque
ad mediā curationē, deinceps utatur di
æta resumptiua, & si opus fuerit, etiam
regulari, usque ad finem. Syrupus pro
eo usq; ad mediā curationem fiat ex li
gni semilibra, aquæ libris duodecim.
feruéatq; infusio in fictili uase ad ignē
carbonum donec ad sex redeat libras,
usq; ad augmentum, inde usque ad sta
tum ad quatuor tantum libras rediga-
tur. A statu usq; ad finem syrupus fiat
alteratiuus hoc pacto: ligni semilibra
in aquæ libris decem, maneat in infusi
one duodecim horas, feruénsque in-
fusio in balneo mariæ redeat ad sex li-
bras. Per totā uerò curationē sumatur
utraq;

utraq; potione ſemilibra ſyrupi. Aqua ſecũda in potu tota curatione fiat ex aquæ libris uiginti, redigatur'q; ad quindecim ferueńs in balneo mariæ. Si aũt non ſufficiet in potu hæc ſecũda decoctio, prima fiat aqua in potu ex tribus uncijs ligni, aquæ libris uiginti, quæ in eodẽ balneo ad ſedecim redigantur. In ſene aũt eiuſdem cõplexionis, eadem ſunt ſeruanda, niſi quòd & ſyrupus & aqua in uaſe fictili decocta poterunt audacius præberi, propter phlegmatis exceſſum in ea ætate.

In iuuene phlegmatico uel melãcholico.

CIbetur iuuenis huiusmodi, ſi robuſtior ſit, diæta regulari tota curatione. Syrupus fiat uſque ad mediam curationem ex libra integra ligni, libris aquæ decem & octo. duodecim horas fiat infuſio. Poſt hæc feruendo redeat decoctio ad ſeptem libras. poſt mediam curationem, fiat ſyrupus ex una cũ dimidia libra ligni, libris aquæ ſedecim. infuſio ut ſuperior ferueat in fictili uaſe ad ignẽ carbonũ donec ad libras quinque redigatur. In utraque

potione ſumat æger ſemilibrã ſyrupi. Secunda decoctio in potu fiat in fictili uaſe ex libris aquę uiginti, ac feruendo redeat ad decem. Eadem uerò in ſene ſeruanda ſunt, niſi quòd ſenex, licet facilius inediam ſuſtineat, propter ætatis tamen imbecillitatẽ ſubleuari poterit diæta reſumptiua.

In pueris à quarto ætatis anno uſque ad quartum decimum.

EA ætate pueri cibentur tota curationeone diæta reſumptiua, maiore eñ indigent alimento. Caro tamẽ aſſa præbeatur, non elixa. Quoniã uerò difficilis eſt puerorum curatio, ac uix induci poſſunt ad ſumendas medicas potiones, ſi nullo pacto poterit præberi puero ægro ſyrupus, curãdus eſt ſola aqua decoctionis ligni ſancti ſumpta in potu. Ea uerò decoctio in potu puero cholerico uel ſanguineo talis fiat, ſint ramentorum ligni unciæ tres, aquæ libræ ſedecim, ferueat infuſio in gemino uaſe, donec ad libras redeat duodecim. In phlegmatico autem uel melancholico puero ſint ligni unciæ quatu-

or

or, aquæ libræ ſedecim. ferueat decoctio in uaſe fictili ad ignem carbonũ, donec ad libras duodecim redigatur. Si aũt puer facilis fuerit, ut ſumat potionem, pro cholerico quidem puero ſyrupus fiat ex ligni uncijs quatuor, aquæ libris decem, ferueat infuſio in gemino uaſe, ſeu balneo mariæ, donec ad ſex libras redigatur. Sumatq; inde puer tam mane quàm ueſperi initio curationis uncias duas, in incremẽto tres, deinceps uſque ad finem uncias quatuor. Aqua ſecunda in potu fiat tota curatione ex aquæ libris quindecim, quæ feruentes in eodem balneo redeant ad decem. Pro phlegmatico ſyrupus fiat uſq; ad mediam curationem ex uncijs quatuor ligni, aquæ libris duodecim, redeatq; decoctio ad ſeptem libras ferueus in fictili uaſe, ſumanturq; utraq; potione unciæ tres. Aqua ſecunda in potu ex ſedecim libris redeat ad duodecim. A media curatione uſque ad finem ſyrupi decoctio ex libris duodecim redeat ad quinque, ſumanturq; utraque potione unciæ quatuor. Aqua

ſecũda in potu ex ſedecim libris ad no uẽ redigatur. Si aũt utranq; ſyrupi po. tionem puer abhorreat, alterã ſaltem ſumat quotidie. Ac ſi amaror ſit ni. mis moleſtus, leniatur amaror ipſe, ut ſuprà docuimus, coriãdris ſaccaro con dîtis, uel ſaccaro tabarzet.

In lactentibus infantibus.

FRequentior eſt in hac ætate comi. tialis morbus, multis de cauſis, ac maximè propter humiditatem. Cura tio uero infantis tota eſt in ipſius nutri ce conſtituenda. Vt cum affectum fue rit nutricis corpus potione ligni ſan. cti, affecto etiam lacte atque altera. to, quo ueſcitur infans, alteretur illi. us corpuſculum lacte ſic medicato, at. que curetur. Cibetur itaque nutrix di. æta reſumptiua, ea tamen quantita. te, qua tam ipſa, quàm infans poſſit ſu. ſtentari, & quæ rectè cõcoquatur. Sy. rupũ ſumat nutrix mane ac ueſperi, ſu matq; ſemper in potu aquã ſecũdam. Qualitas uerò & quãtitas ſyrupi, item qualitas aquæ ſecũdæ ſint pro nutricis ætate atq; cõplexione, ut dictum eſt.

De

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books' Full Membership gives access to 797,885 ancient and modern, fiction and non-fiction books.

Continue

*Fair usage policy applies

& tanꝯ præfocata, atꝙ ab ipſa cerebri origine preꝯcluſa. Huic malo quanto citius fieri poterit, ſuccurrendū eſt ligni ſancti medicina. Atꝙ ſi minus prima curatione tollitur morbus, curatio ipſa iterum eſt, ac etiam tertio & ſæpius repetenda. Neque omittenda hæc medicina eſt, quanuis color in paralytico membro mutatus ſit, quæ res maximā (ut noſtri autores tradūt) oſtendit difficultatem curationis. Fiat autem curatio in hunc modum. Diſponatur æger per dies triginta ad curationē, priuſꝙ incipiat potionem ſumere ſyrupi, ut aqua ligni ſancti utatur in potu, loco uini, quæ ex ſemilibra fiat ligni, libris aquæ triginta, decoctioꝙ ad uiginti redigatur ferues in fictili uaſe. Membrū læſum hoc pacto foueatur. fiat tale balneū: ſumantur cortices radicū althææ, acori, ulmi, brionię, cucumeris aſinini, ſingulorum manipulos ſex. Capita lilii orum alborum numero decem, ſeminis lini, fœnugræci, utriuſque unam libram, baccarū lauri ſemilibram, chamomilæ, meliloti, utriuſque manipu

los

los quatuor, inteſtinorũ arietis pingui
um & purgatorum libras decem. fer-
ueant hæc omnia in aqua fontana, fi-
atq; calidum balneũ quotidie peracta
concoctione ante cœnam. Ex quo bal
neo ſuffimentũ fiat diligenter paralyti
co membro. poſt ſuffimentũ ungatur
membrum hac unctione. Sumantur
althçæ unciæ quatuor, olei ſiſamini, a-
mygdalarũ dulcium, liliorũ alborum
& cæruleorũ, ex ſingulis ſemilibram,
miſceantur hæc omnia, fiatq; unctio,
qua actu calida ungatur membrũ læ-
ſum: deinde inuoluatur cãnabina ſtup
pa, faſciaque de more uinciatur. poſt
hæc ſumat æger aliquod electuarium
reſumptiuũ, ut eſt electuarium ex gem
mis cum aromatibus, aut talem aliquẽ
cibum, cum quo bibat nonnihil ex lig
ni decoctione in potu. Poſtquam uerõ
æger ad hũc modum per triginta dies
paratus fuerit ad legitimam curatio-
nem ligni ſancti, curatio ipſa hoc pa-
cto inſtituatur.

In iuuene cholerico uel ſanguineo.

CIbetur hic iuuenis tota curatione

diæta regulari. Syrupúsque pro eo fiat uſque ad mediã curationem, ex libra una ramentorum ligni, aquæ ſedecim libris, redeatq; decoctio ad libras ſex, ferueníin fictili uaſe. Sumátque inde ægrotus utraque potione ſemilibram. Aqua ſecũda in potu ex uiginti libris feruens in fictili uaſe redeat ad duodecim. In ſtatu & deinceps fiat ſyrupus itidẽ ex una libra ligni & ſedecim aquæ, fiatq; infuſio per horas duodecim, ferueatq; in uaſe fictili, donec ad libras quatuor decoctio redigatur, inde ſumantur tam mane quàm ueſperi unciæ octo uſq; ad declinationẽ, deinde ſemilibra. Secunda decoctio in potu fiat ex libris aquæ decẽ & octo, quæ ferueníendo redeant ad nouem. Si autem circa finem curationis refrigerandus fuerit ægrotus ob nimiam calidítatem decoctionis ligni ſancti, fiat ſecunda decoctio ex uiginti libris aquæ, quę ad ſedecim redeant feruentes in gemino uaſe. Atque hoc pacto puella quædam à me curata eſt ex morbo diuturno; à tertio uidelicet ætatis anno uſque

ad

ad duodecimum, mutato colore corporis, membrisq; dissolutis, ab inferiori furcula usque ad imos pedes.

In iuuene phlegmatico uel melãcholico.

CIbetur talis quoque iuuenis diæta regulari tota curatione. Syrupus pro eo fiat usq; ad declinationem ex libra una ligni, sedecim aquæ. fiat infusio per horas duodecim, ferueatq; in uase fictili, donec ad libras quinq; redigatur. Inde semilibra sumatur utraque potione. Secunda decoctio in potu fiat ex aquæ libris uiginti, quæ feruẽdo redeant ad decem. In declinatione usq; ad finem syrupus fiat ex una libra ligni, aquæ quindecim feruẽsque redeat decoctio ad septẽ libras, sumaturq; itidem utraq; potione semilibra. Ad secundã decoctionẽ in potu libræ uiginti aquę feruẽdo redigãtur ad quatuordecim. Atq; hic syrupus & aqua in declinatione curationis temperabũt caliditatẽ, qua corpus affectũ fuerit priore syrupo calefactiuo, & aqua secunda, quibus domanda erat uis morbi.

In senibus eadem seruanda sunt,

POst curationem uerò aliquot die bus, ne curatus recidat in morbũ, cibus quidem cõmunis sumendus est, sed qui nihil noxius sit, & quantus faci le concoqui possit: potus uerò sit ex lig ni decoctione, quæ talis fiat: sit semili, bra ramentorũ ligni, libræ aquæ uigin tiquinq; , ferueant unà in fictili uase do nec ad uiginti libras decoctio redigat.

De spasmo seu contractione.

DE ea cõtractione tractamus, quæ ex noxio humore fit, siue in uno mẽbro fiat, siue in pluribus, & quę em prosthtonus dicatur , opisthotonus, uel teranus . talemq; morbũ phlegma sæpius gignit crassius illo ex quo fit paralysis . Itaque de spasmo nunc tra. ctamus, non ut ex siccitate contingit, aut inanitate , propter uigilias , aut morbum diuturnum , sed ut ex noxia gignitur materia, & qui est difficilis cu rationis. In talis igitur morbi curatio- ne priusquam sumi incipiat potio lig. ni sancti , purgandus est æger , tollen. daq; aut minuenda causa morbi ante. cedẽs, hoc est noxius humor phlegma

tis

tis crassioris, cibo quoq; atque alijs ob seruationibus disponẽdum corpus ægroti ad legitimã ligni sancti curationem. In ipso autẽ curationis initio contracta membra idoneo cataplasmate fouenda sunt, quod bis quotidie actu calidum apponendum est. Ipsum autẽ cataplasma fiat in hunc modum. libra una ligni sancti in puluerẽ redigatur, incernaturq;, tum ferueat in aqua communi in uase fictili duas horas, deinde addãtur ex corticibus radicum althææ præparatis, acori, brioniæ, enulæ campanę, singulorum manipulos tres, rursusq; ferueãt unà hæc omnia cum ligno sancto. post hæc tondantur in mortario lapideo, atque in formam deducãtur cataplasmatis. Hac aũt curatione nos usi sumus optimo successu, præsertim in Ioanne Cordubẽsi milite, abeaq; clarissima urbe, parentes nostri originem trahunt, qui diutino spasmo afflictus fuerat toto corpore, præsertim in octo musculis uentris interioris ac sæpe à peritissimis medicis curatus, nihil profecerat. imò in paralysin ui-

currerat & epilepsiã. Is itaq; per nos cu ratione ligni sancti pręuia, quam dixi- mus, dispositione, decima curationis die leuatus cruciatu est atq; dolore, ui. gesima uerò prorsus est morbo libera. tus, redditusq; perfectæ incolumitati. Hæc autem legitima curatio est per li- gni sancti potionem.

In iuuene cholerico uel sanguineo.

HIc æger, si imbecillus fuerit, resum ptiua utatur diæta tota curatione. Pro eo usq; ad mediã curationem syru pus fiat ex ligni semilibra, aquæ libris duodecim quę ad nouẽ redigantur, fer uentes in fictili uase. Inde sumat̃ utraq; potione semilibra, secũda decoctio in potu ex tredecim aquæ libris redeat ad nouẽ, feruẽs in balneo mariæ. In statu et deinceps fiat syrupus ex libra una li gni, aquæ sedecim, quę in uase fictili re deant ad septem. Semilibraq; item su. matur utraq; potione. Aqua secũda in potu ferueat in gemino uase, atque ex uiginti libris ad quindecim redigatur.

In iuuene phlegmatico uel melãchol.

CIbetur is æger tota curatione diæ. ta

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

De fluxu nimio lachrymarum.

DE lachrymarum fluxu tractamus contingenti non natiuo, de eo tamen qui diuturnior est, nec facilè curatur. Isq; humor, uel è medio craneo, ut ait Auicenna, tertia tertij, uel extra craneũ scateat, ac per oculos fundatur. De cancro autẽ, aut duritiæ cuiusuis apostematis oculorum tunc tractabimus, quũ de apostemate in uniuersum disseremus. Fluxus igit̃ lachrymarũ hocritu curandus est per lignũ sanctum.

In cholerico iuuene uel sanguineo.

CIbet̃ hic eger tota curatione dieta regulari. Syrupus, p eo fiat initio curationis ex ligni semilibra, aquæ libris decem, quæ in uase fictili feruẽdo ad sex redigãtur, in incremento & statu fiat syrupus ex semilibra itidem ligni, duodecim libris aquæ, fiatq; infusio per horas duodecim, tum ferueat in fictili uase donec ad quatuor libras redeat decoctio. In declinatione fiat syrupus ut initio curationis. Sumatur uerò per totam curationem semilibra utraque potione. Secũda decoctio in potu

ex

ex libris quindecim in eodē uaſe fictili ſeruendo redeat ad decem.

In phlegmatico uel melancholico.

EAdem ſeruetur diæta in hoc ægro to: Syrupus uero fiat pro eo tota curatione ex libra una ligni, aquæ ſedecim, redeatq́ decoctio ad libras quatuor ſeruens in fictili uaſe. Inde ſumãtur in utraq́ potione uſque ad mediam curationem uncię quatuor, deinceps uſq́ ad finem ſemilibra. Aqua ſecunda in potu ex libris uiginti, ſeruens in eodē uaſe redeat ad decem. Atq́ hoc pacto nos inter cæteros curauimus filium ueri magnifici Raphaélis Vitalis, ex ueteri morbo fluxus lachrymarum cum graui ophthalmia, nec poſtea recidit unq́ iuuenis in morbum, ſed permãſit abſolutè incolumis. In ſenibus idē ſeruandus eſt ritus curationis; habita tamen ætatis ratione, ut ſæpius admonuimus.

De auriū morbo, auditu uidelicet obtuſo.

OBtuſus grauisq́ auditus etſi multiplex eſt, de illius tamen generis morbo hic tractamus, qui ex frigido

humore contingit. siue neruo interio-
re auditus affecto, seu ipsa tãtum aure.
Is igitur morbus si iã inueterauit, nec
alia illi subuenerint remedia, imminu-
to prius humore noxio, & causa ipsius
morbi, hoc ritu curetur per lignũ san-
ctum. Cholericus iuuenis uel sangui
neus cibetur initio curationis diæta re
gulari. A statu autem usq; ad finem di
æta sit resumptiua. Ab initio usque ad
augmentum fiat pro eo syrupus ex lig
ni semilibra, aquæ libris decem, ferue-
at infusio in fictili uase, donec ad libras
quinq; redeat decoctio. A qua secunda
in potu, ex duodecim libris ad nouem
redigatur. Ab incremento ad finẽ cu-
rationis fiat syrupus ex semilibra item
ligni, decẽq; libris aquæ, sed ad tres tan
tum libras redeat decoctio. A qua secũ
da ex libris duodecim ad sex redeat.
Ex syrupo sumatur semilibra, tam ma
nè q̃ uesperi tota curatione. phleg-
maticus uel melancholicus iuuenis re-
gulari diæta utatur tota curatione, sy-
rupus pro eo usq; ad declinationẽ fiat
ex libra una ligni, aquæ duodecim, re-
deatq;

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books' Full Membership gives access to 797,885 ancient and modern, fiction and non-fiction books.

Continue

*Fair usage policy applies

carnosa,uel ferro,ut à me cõplures curati sunt, uel cauterio, uel alio quouis instrumento artis aut remedio, ita ut causa coniuncta penitus deleatur,morbusq; non recidat, membrumq; suscipiens foueatur,curetur emittens. Post hæc ligni sancti curatio adhibeatur. Cholericus iuuenis uel sanguineus dięta regulari cibetur tota curatione. syrupus fiat ex octo unciis ligni, aquæ libris decem, redeatq; decoctio ad quatuor libras. Inde sumatur utraque potione usque ad mediam curationem semilibra,reliqua curatione sumãtur unciæ octo. Aqua in potu ex duodecim fiat aquæ libris, quæ ad octo redigantur decoctæ. Si autem robustior fuerit æger,poterit in syrupi decoctione apponi libra integra ligni. Phlegmaticus uel melãcholicus iuuenis regulari quoque diæta utatur tota curatione. Syrupus fiat ex aquæ libris quindecim, ligni uerò,usque ad mediam curationem libra una & semis, deinceps libra tantum, redigaturq; decoctio in fictili uase ad libras quinque. Aqua in potu in

eodem

